DE MALIGNA FEBRE

Quantumque peccent Nostrates, tam in expresſiua vocabuli, quam in curatiua. x



EXCELLENTISSIMO
Viro, mihiq; obseruandiss.

IVLIO MILLO.



OGASTI sæpiùs, vt de consuetis, & æternis Hippocratis studijs meis tibi aliquid aperirem absoluta hæc monumenta mitto in præsentia tibi Amico, & ex scola

Hippocratis alumno ſtant hîc parata Arma ouationis aduerſus Hippocratem, ſis rogo aſtatus, & ſi opus ſit, præliator in Claſſe,



Mauritius Tirellus.


Lectori benigno.





NTENTIO Authoris in hoc Volumine est demonstrare malignitatis Febrilis vocem per ora hodiernæ consuetudinis medicorum volitantem, esse non corpus quidem palpabile, & quadratum, sed phantasma; fortassè, & umbra Antralis. Nec in solatium agrorum, aut in pompam medicorum, sed in perditionem salutis humanæ, & in fædamenta Arcanorum Hippocratis. Regredi ergo per hac dictata admonet huius sectæ medicos in Hippocratis scolam, ubi miranda medica sapientia perce-

luntur, non aliàs. Hic rogata gratia, veram inde facultatem contrahent custodiendæ salutis humanæ, rejectis Nugis. Additus & huic studio alter libellus de remedijs hodiernis in maligna. Valeas.



OCCA-

OCCASIO SCRIBENDI

Caput Primum.



ISPERSIT passim per sua volumina eam sibi frequentem sententiam Galenus. *De Nominibus, & Vocabulis, non est inter Medicos altercandum.* In hanc ego quoties incidi, hærere coactus, non sine edicti admiratione, imò & exclamans, eam præterire non valui. Subibat siquidem Oratorum continuò documentum, optantium vbique euidentiam, & proprietatem vocabulorum edicentium. Quam eloquentiam Aristotiles 3. ad Theodectem appellabat Illustrem. Scridebat, & aliquandò cantus eiusdem & Galenicæ Palonidię optantis claritatem in eloquio. Tunc itaque tantò libentiùs hæc alia mecum. Si rethorem decet affectare Purum vbique & perspicuum, talesque illud etiam laudabilissimum, quod *sub oculos* ponit. Cur Medicum tędebit illa ipsa oratoria elicere ad expressiuas suas, eoque id magis quod de rebus semper arcanis eloquitur, si Hippocrates cum orator de morabibus? quam porrò & diuersi de eadem sententia à Galeno discordat Hippocrates, qui vt sapiens, vt agens illam sapientiam quæ per Aphorismos, sententias, & oracula, produci solùm potest in apertum, propterea de sua eloquentia sic protulit libro de decenti ornatu. (Hæc omnis Græcorum est rethorica) *Nil nisi demonstratum proferas.* Tibi verò nostrati, deuians a sene sapiente, quidnam tibi euenit? Ambigua vocabula dùm eligis, vbi demonstrationes? vbi nam virilia curationum, si in denominandis rebus eluseris? vbi diuina prætensionum si vocabulorum extensionem non significaueris? vbi sapientiam, cuius est medica disciplina contubernalis, si metaphoras, si ineuidentia, si portentosa, si abdita, edideris?

Et absona nihilominus præsentis sæculi reboat vox inter vocabula medica. Inclinant quippè ij non in electionem, ac expressiuam

borum solùm, quæ nihil prorsùs in Arte significent, & nihil doceant, sed (quod pessimum omnium) in affectibus denominādis seuerissimis, & frequētissimis, quæ tanquàm larvæ perterrefaciant ægros, quæ medicos Hippocraticos perfundāt caligine, quę curationes legitimas subuertunt, quæ mussantes cogant in fabulosa vocis, & vocabuli fictione consultores, quæ tandem quancumque fabricam salutis per innumera sæcula stantem diruunt, ac sepeliant. In pluribus quidem nostratum nominibus id ego animaduerti, vtpotè in manifestandis causis *Occultum* proferentes, in extendendis morbis, aut simpthomatibus *Excellentiam* subiungentes. Sed eò sum anxius præceteris, quod grandiora salutis humanæ in se complectitur. De nomine inquàm illo quod hodie tàm à Medicis, quam à populis circumfertur *Malignitatis* morbificæ. Nulla siquidem apud nos febris acuta, qualiscumque ferueat illa, quam continuò visam, aut suspectam non appellent Nostrates malignam. Imò neque mitem tangunt febrem quam paulùm obstinatam, obseruantes, non murmurent malignam. Processit quinimò vltrà limites adeò huiusmodi vox, vt quibuscunq. in arduis indagandis medicationis malignū complanet per eos scabrosa, & quod sapienti innato ferè perceptibile obijcitur, per malignum plebi, & fœminis præuulgatur. Huius hinc malignitatis nouæ semper ac innumerę distinctiones, gurgitant per ora medicorum. Recentes semper curandi formulæ in malignitatem auditæ, exprobratis, ac deletis funditùs à memoria litterarum medicarum Hippocraticis documentis, quibus vnicis nata, & alta est medica facultas ad celebritatem, ac gloriam, imò & ad salutem humani generis, & ad propagationem fœliciaque vitæ. Neque hic tamen conquieuit huius malignæ febris hodiernus tumultus, sed à medicis in ægros, ab ijs in assidentes transgressus, illos quidem repleuit desperatione, hos autem obcæcauit, ambobusque tandem sustulit spem legalis curationis, & Hippocraticæ. Vnde rapta à medicis violentiæ in curando, Nouitatis, Opinionis, Amethodi, ludricorū, Garritionis. Addas postremum ac pessimum pigmeam adeò euasisse per hanc malignitatem Artem medicam, vt non ampliùs longā eleganti velis & Hippocraticen, neque quadrimestrem Galenicam, sed quatriduanam cum Nostratibus, dantibus hodie laureas puerulis, malignitatis omnia nunc plena, quare præscripto cordialium, omnis nunc cura absoluta: ijs dùm addunt vesicatoria, & sua quædam

alexiteria, medicam curatiuam suis modernis Thesauris exonerût. Hoc malo cum dolo, per vocabula, Ars medica nunc lacerata, miserique ægrotantes perditi.

In peccanti ergo hoc maligni vocabulum dat nunc animus inuehere. Crediderim si quidem tales meas pernoctationes forè non inuisas medicis veris, quibus adorabile nomen veri. Crederim non ingratus humanitati, in cuius salutem inhio, & felicitatem. Fortassè enim colligent hinc, tàm hi, quã illi, deludi hoc die ægros per huiusmodi vocabulum, detrudique eosdem in cimiteria ob prauam vocis abusionem maligni. Neque tamen inuehendo stat solùm propositum, sed in adducendis Hippocraticis rationibus instabo, quo appareat ex meditato quanto per huius sæculi medica ars ab Apollinea desciscat, & quibus suffragijs possit humanitas auiternari.

De vocabulo maligni in Febribus per Nostrates. Caput II.

PEssimam quamque febrem & cæteris vitam humanam insidiatricibus nullo vnquam alio vocabulo denominatere veteres cuicunque sectæ celebriores, nisi per illud *Acuti* Cnidi medici presfere tùm scribendo, tùm dicendo. Coas Hippnumen Medicum, in hoc anxius vno, & ceu decora medica, Acredo, & Acuitas, in hoc feruidus, & ipse, & vigilans in glutiniositate materiæ morbificæ, in copia eius vigilans, quicquid arcani Medici exindo educens, Aphorismos, sententias, medicinam omnem eleuatus erexit. Inde propinqui successere, Græci, Arabes, & Latinorum celebriores, Indi & ipsi, & Aegyptij inuentores nouis cum alijs scientijs, & medicinæ, stetere omnes in voce acutæ, tunc acutæ, tunc quãdo febre ardebat nostrum corpus. Hoc verò nunc die, nescio ob quam culpam, vox acutæ in malignitatis vocem per Nostrates degenerauit. Neque enim vllum visitantem ex istis audies, qui semel intuitus ægrum æstu grauem, & reclinatum, dummodò continuò flagret non dicat pro acuta, malignam subesse. Neque de placida quamquàm non vehementi consulis qui voce mussans neget venturam malignitatem Vnde vulgo hodie sic cogentibus Medicis non de febre, nec de acuta, aut tristes sensus, aut matura consilia inita, cu-

sus sunt pauperrimi, se dedũt in discursus. Pro vnica hac Fera rictus oris, cuspides acuuntur ingeniorum, & conferuescunt. Neque præterea deplorabile aliud in hæc monstra admissum idonea vnquàm remedia, Aphorismi Hippocratici Physici, expertæ rationes, attestata maiorum, Analogiæ, & similium. Sed incertes illi audacter confisi strepitu vocis maligni, in vescicãtia desinunt, in Alexiteria deficiunt, & deplorabile aliud per hæc tandem consultamenta commissum. Quod humana febrilis scientifica notitia stet per huiusmodi noua placita in incerto. Donec enim disputant de nomine, & recenter sẽper eius sub diuisiones confingunt, non dubitandum an perueniant vnquam in integram eius cognitionem, vnde & cura morborum sæuiorum, quales suot febres acutæ, sit iocus malignus, & delusio ad miserias humanas scenico magis more per Medicos, quàm per Tragicos decantentur. Quibus autem seducti consilijs educauerint suis in scolis tale nomen maligni Nostrates, curue pertinaciter exagerent dicere, ignorantiam ineptitudinis ipsorum, audiendæ ergo suæ defensiones.

Quattuor esse fundamenta quibus, audio, inniti Nostratum opinio, de voce pronuncianda maligni.

Primum, Hippocratis ipsius authoritas.

Secundum, Galenica insuper attestatio.

Tertium, Quidam nouus vocis per malignum significatus, vlteriùs quàm viderit in acutis.

Quartò, curatio quædam noua, & inaudita suprà illas Hipp. quã depromi necessariò à nominis maligni significato asserunt.

Et ad primum eorum fundamentum quod spectant. Addocunt Hipp. aothoritatem in tutelam, docentis febrem acutam duplicis ad summum esse indolis simplicissimã, aliam maleficentissimam, simplicissimas addunt illas quæcumq. mitissimis, ac fidissimis accidentibus coronantur: malefacentissimas verò quæ prauissimis eis, & perditissimis associantur. Vocem ergo hanc maleficentiæ vertentes Nostrates in malignitatem tradidere multa incongrua. Idem placuisse tamen Hippocrati sobiungunt ex epid. locus, vbi Hipp. loquẽs de doloribus curandis dicebat, alios eorum esse placidos, alios maleficos, vnde concludunt in hac parte vana. Vocem ergo hanc maleficentiæ vertentes Nostrates in malignitatem facilè ipsis & consentaneum, vt acutarum alias appellent generaliter benignas alias malignas.

gnas. Neque si visis mitioribus illas dicunt benignas, sique terreantur à prauis, ex aduerso malignas. Idem prorsus repetunt, & placuisse alias Hipp. in epid. quid de doloribus scribens, placidos hos, maleficos illos dicit: illisq; perscribat, & curationem ciuilem, alteri vt malefico accõmodat agrestia. Per quæ instrui ad breuitatem, & dilucidìtatem acuitatis à tanto Magistro licuit eis diuidere generaliter de morbis non solum omnibus, sed de acutis præcipuè in benignos, & malignos. Neque tutò breuiusque aut magis perspicuè dici de natura generaliter acutarum quàm si eas diuiseris in benignas, & malignas, & per has notas in vulgum repræsentaueris. Quã obrem neque peccata subdunt committi, si pro meliori medicinalis clariori intelligentia voces benigni, & maligni frequentent.

Galenus verò quia vertebat maleficum in malignum, ideò suum & ipse fautorem cogitabant.

Sublimant altiùs suas rationes per illud secundum fundamentũ significati vocis. Obijcere siquidem sensui nostro malignum aiunt, putredinem quidem, at non eam tamen simplicem, sed excellentem, cuius ex rei cogimur suprà antiquas elidere vocem, exprimentem intimiùs mineram rerum, quam Hipp. nullibi enclauit. Tam enim grandem labem cruciatus febrilis, emoliri non posse nisi putredo excellens, nec Medicus proferre eam posset nisi per malignum. In maligno enim nõ mors solùm concepta, sed & modus torturæ patẽs, qui modus cum sit refertus innumeris insidijs hinc neque nasci potest à putredine consueta, sed solum à maligna. Gloriantur porrò in vocabuli inuentione, vnde abiecerũt vocabula praui, lethalis, perniciosi, & similium Hipp. sententiæ, Epidemica, Aphoristica, Porretica, Prædictiones non ampliùs ditant ora medicorum, sed micata malignitate, relicto famo abeunt.

Hinc surgentem se vidisse solos dicunt quarto curationis sortem legitimam vnam acutarum malignarum, & securissimam (vltimũ fundamentum, quam prisci) illos dicunt ignorasse, Cnidios Hipp. Galenus, Arabes, quippe excellentis putredinis si nulla mentio apud illos, si nulla memoria, qua quæso cum arte huic occurrere valuere, & malignitati prouidere? Nos ergo addunt, doctiores superioribus medicis, qui peterantes per arcana corporis, & inuenimus putredinis speciem quæ cũ remedijs Antiquorum, redderetur inuicta, nos eductis ad lucem, & vsum vesicatoriorum, & alexiteria, boli iacin-

thi-

thini, aquas bibẽdas thermales ad satietatem, spagiricas fraudes educauimus. Et tales cum simus non laudabimur? Hæc Nostrates in tutelam suæ malignitatis perstringuunt.

De voce peccantissima maligni in acutis aduersus Nostrates. Caput III.

EGo verò in sinum veritatis per manus Hippocraticas diuersa præmia recepi. Febris maligna de omnibus febribus acutis difficilibus per cõsuetudinem hodiernam dicta, vel Nouus est quidam ex morbis, & hodie excitus, vel Antiquus, & priscis notus. Nouum non esse illud vetat inconueniens affirmare, quod quidem Artem Medicam statueremus non artem; mutata siquidem facie in dies per noua accidentia, ipsa quoque Ars, mutabilis facta redderet prospectum fæcundæ ambagis, & ignorantiæ. Antiquum ergo concludendum, & ab humanitatis primordijs homines omnes adortum, ab cuiusque alterationibus scatere. Id verò negabitis cum nomen eius, & ab Hippocrate, & a Galeno dicati exculum, imò & vocis vestræ stabilitatem testes ipsos adducitis. Modò si antiquus morbus, sicque vox eius, per veteres antiquata; vnde fit vt vos per hanc solam denominationem maligni acutas omnes proponatis, cum illi in hoc vocabulo quàm parcissimi, in eo verò maleficentiæ, perniciositatis, prauitatis, malitiæ, dolositatis, difficultatis, & similium, æterni? vnde quæso contingit vt vos huic destinetis inauditam nouamque curationis formam cum prisci hanc vestram omiserint, ditissimisque prouisionibus, alijsque suauioribus, inter remedia ingentis profectus vestram nullibi inoocauerint? cur nullus ex Græcis scriptoribus, nullus ex Latinis, nullus ex Arabibus, nullus ex Indis, nullus ex Aegyptijs, nullus ex senioribus Latinis deprompsit huius malignæ priuatum opus? cur de hac vestra crassanti, & epidemica, tam sæuienti, nullæ assignatæ cautiones, vt Epidemicis, pestilentibus, perniciosis, acutis? velut itaque malignã non admiserunt, vel admissam tanti non fecerunt, quæ conciliaret sibi nomen celebre, aut priuatas speculationes, tantasque vestras acclamationes promereret. Hæc generaliter dicta, & obiter de sententia priscorum sapientum medicinæ circà nomen malignæ febris,

Ma-

Magis nunc particularia incæpto cum ordine enarrabo. Dicitis diuisisse Hippocr. acutæ febris naturam in bina solùm genera, quorum aliud appelauit simplex, aliud malefaciens. Fateor & ipse. Additis, ergo qualecunque sint, quæ recedāt à simplicibus, illos quidem malefacientes. Ipse & idem affirmo. Cum autem concluditis malignum esse idem quod maleficum, & propterea omnes febres acutas non simplices esse malignas, id quidem abominor, & falsum adseruo. Neque enim maleficum, & malignum idem sunt, neque recessus à simplicitate acutæ in malignitatem est progressus. Quod enim ad nomen malefici, notabile quod vertentes græca in latinum, placuit vocabulum malefici ad portare, non maligni seu distantiam à se inuicem lata, vellent horum nominum maleficum enim & maleficentia nihil aliud resonant, nisi operis sui actum: sed modum actus annunciar maleficam febrem operari mortem. Maligna vero febris contexit ac emolitur protea, in vitam animam, an in obitum incertum. Aperta siquidem sunt qualiacumque in maleficentia. In malignitate autem suspecta cuncta, & infida. Germanus hic extat sensus vocis maligni, vt aliis denuò comprobabo. Quibus ex dictis fit manifestum recessum quoque à simplicitate acutæ non fieri io malignitatem, sed in maleficentiam, quia fit in actus perpetuo perdentes, non semper in infidos; vnde restat deniq. cum Hippocr. quod non constetis, cum dicitis illum malificas pronunciando, malignam vestram perstringere. In malefica concurrunt omnigeni modi, ac mores feritatis ipsam constituentis vt prauitati malum, perniciositas, implaciditas, & similes alios de quibus sollicitus Hippocrates. In maligna autem conformanda, non omnes ij, neque plures ex istis, sed vnus tantùm infidi, & incerti malignitas siquidem dicitur à Galeno quidam dolus apparentia scilicet boni, & nihilominùs fraus in exitu. Neque propterea mirum si maligni tàm in frequens, & rara vox apud Hipp. Neque pariter nouum cur & apud Galeoum infrequentior, oon tamen prolata vnquàm, nisi cum socia expositione, vt suo loco monstrabo. Vos ergo per hæc non potestis protegere oomen vestri maligni, tàm vsitatum atque diffusum per Hippoc. authoritatem: quinimò & cùm tanto sapiēte processuri coacti estis deponere linguæ probrū, atq. pro maligno, maleficū resumere. Sic enim Hippocratici, secùs Sophistę, & Deceptores. Eodē prorsùs cum oculo inspectatis vos alterum locum

Hipp.

Hipp. vbi diuisum de doloribus, in placidos, & maleficos. Verum euidentia vestri erroris in eo posita, quod maleficentiam non concepit ibi (dicat quicquid velit Rudius) vt malignitatem, sed vt duriciẽ, ac pertinaciam materię producentis dolorem. In cuius rei testimonium tradens formam, non allegat Alexipharmaca, vt vos, sed medicamenta fortiora consuetis lac, vinum, allium. Per Hippoc. ergo sententiam falsum, & improprium, quod sustentetis hanc fabulam malignitatis in febribus.

Ad Galenum autem quod pertinet, verissimum, profundere illum voces copiosas malignitatis: vnde videmini vos sui esse alumni, non animadersum tamen explicare se vbiq. locorum Galenum quid intelligat aut velit per huiusmodi vocabulum; cum vos tanquã inalterabile quid, & vnicum sonans, illud perpetuò recipians, illud pronunciętis, Sentit siquidem Galenus vocem maligni tubam esse quandam, quæ flagrantem indicet semper acutam. At quia pluribus incendij fortibus æstuamus, hinc necessarium credidit per suam additam expositionem, & feruoris speciem proclamatam Non languidam sanè vocem existimauit malignum, quam propterea commentando epidemica, sed fallacem simul percipiens, eam non sine significatus sui expositione reliquit vnquam inconcomitatam. Aliàs enim pro cacoete recepit. Aliàs pro proteruo. Aliàs pro pernicioso. Aliàs pro infido. Aliàs pro doloso. Aliàs pro summè pernicioso, Aliàs pro læthali, & desperato, & leguntur cuncta spatsim In porrecticis. In epidæmicis. In prognosticis. In acutis. Pro cacoete exprimens quanquàm difficile sentiat, non adimere tamen spem salutis assentitur. Secùs pro lęthali, vt loquens de Gelida, spem omnem præcipitat. Pro proteruo assumens, neque hic mortiferum dicit, sed conantem extra, Pro pernicioso quando effertur, neque tamen aut mortiferum, aut obsequens curationis vult, sed sicuti perniciosum Hipp. non cuicunque tale, ità & malignitas neutræ indolis. Pro infido dictum, mutabilem personam repręsentat. Pro summè pernicioso tandem receptum veram fortasse vult malignitatem. Qua de re dicetur infrà opportunius. Et quemadmodum diuersi vocis significatus, diuersa præmonstrant mala, ità & vario curationis, diuersæq. prætensiones hinc exurgant, hoc singulariter affert cum Galeno vocis interpretatio, vt verus iudicet Medicus, quid inde intentionum medicarum seligendum, ad legitimam curam, atque

adcertiorem, sanitatem operandam, quid prudentis meditandum. Vos verò alumni non amplius tanti Preceptoris indistinctè mussantentes, vocem maligni attonitos relinquitis ægros, & assidentes, quid tiè per ista monstruosa vocabula referatis non diuinantes, neque legitimam, & virilem curationem agredi valetis. Vnde & ignominia Artis Medicæ, & ægrotantium obitus, & medicamentorum somnia, & Fæminarum, Cerdonum, atque Tironum garritio puerilis. Hæc de Galeni vestra authoritate satis.

Quæ 3 dicuntur à vobis de vocis significatu, hæc locum habent in sequenti capitulo. Quare illùc dirigatis iter, non sine munere laboris, quæ item de vestra curationis inaudita includitis forma, non hic controuersata, sed particularibus in Tractatibus infrà connexa. Non displiceat ergo vertere folia, ad hoc vt sententiam in sanctiora etiam studia, volentes, ac lubentes, & in Hippocratica, hoc est Apollinea coouertatis.

Quid repræsentent Nostrates per malignam in Acutis. Caput IV.

SVccedit oportunè vt enigeat huius Nostratū maligni significatus. Quanquam enim certum per superiora, non esse dictionem frequentandam, tùm quia non accomodatur Medicis antiquioribus literis, tùm etiam non quadrat prorsùs acutæ; nihilominùs quia aliquandò per vocabulum possimus impingere malum eius sensum, hinc cogimur transilire insignificata quoque eius, & discurrere, an valeat aliquid in expressiua, cùm in voce nihil prodesse contemplationibus medicis cognouerimus.

Quicunque ex Nostratibus de hac malignitate interrogatur, & quid huiusmodi dictio inferat percunctatur.

Alius, putredinem excellentem respondet.

Alius, putredinem venenatam.

Alius, diuinum quid.

Alius, Ichorem humorum.

Inhærentem scilicet malignitatem febrilem tanquam suo in centro, diuersas has opiniones sustinent. Hæcq. crediderim vniuersa esse eorum cogitata, quia aliam nullam audiui effutitā in consultationibus.

Qui

Qui sustinent excellentiam putredinis, cogunt primò, vt credamus humores febrem tessicantes dùm per aliquam incongruam alterationem, dici à Galeno putridos. Ex ijs multis, vel aliquibus, vult ebullire febrē. Neq. fieri posse, vt sine putredine feriat febris quæ ab humorum vitio ebullit. Hoc si verum, subiungunt, putredo ergo cum sit, eaque duplex admittatur in fieri, & altera facta, hoc est ex putredine iam concepta gradus multo, vlteriores primis, meritò si prior dicitur putredo, secunda dicetur excellens. Quinimò hanc excellentem subdiuidere videntur postmodum in multiplices species ac germina diuersa, pro passis omnigenis, & varijs alterationibus in corruptela, vnde & excellentissimam denominant, & maligniorem, & malignissimam. Præterea, & eandem diuisionem suscipiunt stabilem ab indole ciborum quibus vescimur, ac enutrimur, quorū succo prauos cognoscant homines In malitia diuersimodè peccare, hinc & excellentiā vitijs trahendo, afferunt putridos, alios simpliciter excellētiores, & alios putrescentia. Et sicuo facilius castigabiles illi, ita & nitiores in alijs rabie illi, ità & febres alijs bene maligniores. Stare ergo malignitate in hoc obice rerum putredinis per eos conclusum, qui per has species excellentis putredinis peteremus contemplando, & eadem cognoscimus ex signis febricitantium practicando. Non enim à mitii putredine arbitrantur Accidentia sæua prouenire. Illa autem praua verisimile suscitari à putredine corruption. Certum est itaque malignitate repræsentari per sæuitatem simpthomatum; quæ vniuersa cum primum omnium producantur in vitam à materia corruptissima, hinc certum quoque malignitatem ferocire.

Alij tamen audaciores ausi sunt venenum promouere in sua malignitate. Non sufficientem siquidem extimauere excellentiam. Relicta hanc, in venenositatem transcēdendum Venenum porrò istud non sibi affectum quid volentes, sed cognitum à proceribus medicinæ profitentes Galenum testem adducunt, qui Author fuerit huius opinionis generari posse intrà nos venena. In nobis autem generari per medicam Galeni authoritatem, sed etiam Physicam, vt Auerroes lib. de Theriaca, hæcque eadem confirmant per Lullij Rudij, Fernelij, & alios.

Succedunt tertij, qui neque in putredinis excellentia, neque in veneno stabiliti, addidere tertium istis diuinum in morbis inquiunt est inerrabilis, nec visus deinde id in magnis morbis acutis vertisse sententiam.

Po-

5 Postremi, nouissimi aliud excogitauerunt, tale quod sub oculos cadens, non veneficum, non diuinum, non excellenter purudum, portenta videtur eludere curiositatis, & recondita plebi reserare. Tale sutum inuentum in quo volunt malignitatem tanquam propria in munera conseruari, dicunt esse Ichorem humorum. Hoc siquidem redundante, & prauiore reddito quàm quod ferat sua fortuna addunt causam, originemque maleficentiæ omnis, & malignitatis in Acutis. Hincque halci, & exanthemata, & pustulas, & ignes sacros, & bubones, & alias quaslibet calamitates pessimas febris conclamant. Vnde natum vt sudorifica ipsi quoque Spagirici, præficiant cæteris remedijs, quæ dicuntur ab Hipp. insignis profectus; & Nostrates eandem ob causam incensi tantoperè in vesicantia, & quibus dicunt educi hunc Ichorem febrilem, & propterea extrahi ab ægri visceribus malignitatem. Huiusmodi placitum non nocet, aut garritibus stabile, sed præter dictas rationes, ab Hipp. quoque enatum atque excultum dicunt. Is siquidem humorum Ichorem, semper malum propalauit, & pessimam mutationum agitationis sanguineæ massæ censuit eam quæ in Ichores desierit. Quare huius semper Ichoris anxij ex Nostratibus quidam, excitauere à maceribus Trachum, lnuentionem vesicantium, quæ antiborantur viribus extrahendæ huius malignitatis è viscerum profundis. Eadem tamen ex vesicātē cruciamenta excitata sufficiēter valida insere, & Tōsoribus vt in plagas sæuirent corij, ijergo confricando asperrima in forma, aliquidve liuoris reportando spolia infælicia Ichoris, sub oculos adstantium subijciunt. Quæ vniuersa, non docuit certè disciplina Hippocratis, Indorum, aut Arabum, aut Latinorum, sed sola hodierni temporis malignitas.

De peccato in expressiua Nostratum significatus maligni. Caput V.

AT verò quàm deuia sint Nostratum studia à vero attentantia sub oculos ponere malignum febrile, & quàm aliena à Principum Medicorum sententijs, hæc mea pernoctata commonstrabunt. Enitebit & hinc continuò quibus ex medicis Artibus humana hodie sanitas vindicetur, ac protogatur, qui ex

Nostratibus malignitatis tabernaculū protegunt, attendat. Stabiliunt hi primo humorales quasque febres suscitari à putrefacientia humoris peccantis: cumque hoc non egeat sustentatione confirmatum à Galeno, & Arabibus, continuò in distinctionem abeunt huius humoris, siue putredinis, aliam dicunt in via, aliam in esse. Eam in via, siue mutationem existimant consuetam, & veram putredinem. Illam autem mutata, & in facto esse tanquā irreuocabilem, incorrigibilemq. fortasse, & hæc Galenica. Ego verò, quomodo putredo in via est putredo, si talis coctionem admittit? si à Philosophis, si ab eodem Galeno sæpius docente negatur tandem putredo, quæ autem facta est putredo, quomodo excellens, si in pessimis quibusque febribus, vt pestilentibus dicatur ab Hippocrate simpliciter putredo in Epidemicis, non autem excellens? si per solam obtruncationem cui castigatur, non autem per alexiterium? ergo quæ putredo cedit imperantibus remedijs qualis est, in via, non admittit nomen putredinis, nec legalis est putredo, quæ verò per obtruncationem est putredo, & tollitur, non quidem excellens, vt vos, sed simplex, & ingenua putredo. Ergo quæ putredo cedit imperantibus, qualis est in via non legale est nominem putredinis. Galenus propterea mutauit putredinis eius vocem quæ est in fieri, in vitium peccatumque materiæ: imò liberam concessit discipulis suis facultatem, qui ad significandam hanc suam humoris mutationis ad corruptelam appellarent quocunque nomine comprænhendent vitiositatem, siue militiā, amissa voce putredinis Id obseruauit prior Hipp. 4 de morbis. Philosophi verò, vt Aristot. & Auerroes. Ille quidem vnum interitum caloris natiui in mixto admisit dici putredinem, at verò alterationi ad putredinem non permisit. Hic verò alter rigidè admodum corrigit hanc Galenicam mentem, & quæ putredo subijcitur coctioni, atque in meliorem fortunam commutari patitur, eam dici putridum vetat. Addas ijsce, & Hipp. authoritatem, in cuius sententijs omnibus si sitias vocem putredinis à fonte humorum febrilium scatentis, vel nullibi comperias, vel semel aut bis tantum vbi de pestilentibus. Vox ergo putredinis si legitimè confirmari non potest de ea in fieri, de hac eadem turpe erit veri excellentiam. Vnde neque malignitas, in hac putredinis specie. Reliquum modò vt perquiramus nunc excellentiam in alia putredine, quæ dicebatur à Galeno in facto esse. Hanc veram putredinem negat

gat nullus, quia & vincens, & fœteus, & feriens, vnde tandem nisi vnica cum Arte obtruncationis per Hipp. in pestilentibus, & singularieius cum anthoritate comprobantes. Modò si in vera hac & sincera putredine sæuissima hæc omnium simpthomata congregentur, quæ vlteriora quæso adduci possunt ab obseruationibus imaginari, quæ attributum superius suprà ordinariam constituant? & propterea, quæ in malignitatem inducant vestrum inuentum vnde & noua curæ intentionalia, & remediorum monstruosæ materiæ expullulant. Neque ergo in putredine in via, neque in ea facta, cum capi non possit, sequitur necessariò, vt de nulla earum fieri possit malignitatis. In mutatione humoris nulla putredo: in corrupto iam succo putridum ingenium per Hipp. tale rursus paribus semper & vnicis gressibus ad perditionem incedens. In ijs igitur si excellentiæ locus non admittitur, vbi nam malignitas comperta? vbi tanta tàm noua ad cognoscendum hodie, & curandum fœtor tantus medica? Diuertetis, scio, ab huiusmodi obice considerationum, & in illud confugietis abditum, quod de succis asserit Galenus, Euchimos alios prauissimos, alios statuens, illos in humo te laudabilem transmeare dicens, hos verò subdiuidens à prauitate, in maleficos, in veneficam vsque indolem. In hac quoque insidentes dicetis inueniri, & magis, & minùs putrescentiæ, quare & in pessima putredine immorari excellentiam, vbi tandem malignæ fermentum. At verò & subterfugiatur: succi boni in alimentum migrant: praui verò vel motantur ad corruptelam, vel aliam mutationem subeunt. De priori, & posteriori corruptione dictũ est satis. Vnde per hæc alia de succis, nihil prorsùs noui ad concludendum de excellentia in putredine febrili. Pariter succi legibus subditi cæterorum humorum: nam corrupti vel in bilis, vel in pituitæ familiam vergunt, eorumque putridum recipet curationis dogma, & contemplationis regulas, quibus obligantur & ipsi in Arte medica. Neque obstat, quod aliqui ex recentioribus iocenturin numerum, & speciem humorum, quibus componimur. Neq. pariter quod Auic. appellet quandoque crudos cibos, cruditates. Nam Hipp. procurrens huiusmodi garrimentis fretus obseruationibus euidentium naturæ, obiecit visibiles semper humores oculis sophisticantium, statamque hinc firmauit, eorum & numerum. Id Hippocr. lib. de Natura ad Plutarchus in suo de primo Frigido. Tandẽ ergo concludas non da-

ni veram putredinem nisi in mutata iàm, & corrupta succositate. Nec propterea in hac explorata per quasque sui latebras, inuenini excellentiam, sed semper vbique putredinem, vt attestatur Hippoc. qui in solis pestilentibus, corrumpi humores docuit quidem humanos, at non in solitã, hoc est eam in via, sed in posteriorem, hoc est factam, quæ verè dicitur putredo. Quare neque malignitatis vocem repræsentantem Chimerica, neque in putredine excellentiam, aliquid medicũ esse potest, aut constans ad meditationem. Cæterùm simpthomata maleficarum eiusdem quidem speciei, differunt tamen vbique in modis sæuiendi. Ergo non ab vna omnes putredine, sed sæuiora à malefica, tollerabiliora verò à minùs robustis materiebus genita insolescere simpthomata à bilis præsẽtia. Cur vni tũc minùs quam alteri infensa? Cur huic sæua quidem molliter, alteri verò intolleranda? In victum semper malum ab efficaciori causa, dicetis, quæ nesciunt ex obscuro putredinis nasci, consentaneum ab eodem pullulare malignam. Quibus crederem ipse satisfactum, si denuò reducerent ad memoriam, mores Hipp. scribentis in Epid. accidentia febrilia huius Acutæ perniciosa quidem esse, non tamen cunctis æqualiter, sed pro viribus ægrotantis Debilibus enim perniciosũ. Robustis verò nõ perniciosũ. Tandẽ & scias, magis, ac minùs acuitatis in putredine; siue magis, ac minùs cruditatis. Vnde simpthomatum sæuitas, per vos non pendere tantũ à qualitate eius, quantùm copia putrescentis humoris. Si monente Hipp. in Epid. à loco quem occupat putrescentia, à virium genere ægrotantis. Quamobrem excellentia, neq. hoc loci sola, quæ mereat culpam malignitatis; neque benè per vos, resonans, per putredinis excellentiam?

De Veneta putredine subingressi illi modò ex Nostratibus, qui transcendentes citrà excellentiam putredinis, velint, & contendant malignitatem suam fundari in putredine venenata. Horum fundamenta recensui. In eo autem potissimum stant omnia, quo intrà vos generari, & udi possint venena. Hucusque sententiæ Author, legatur, & Galenus, & ipse Rudius lib. de Morbis Occultis, & venenatis, sed stultè, & sine medico decoro. Talibus, & tantis viris (Auerroem, intelligo, & Galenum non Rudium) lætor non precesse Hippocratem, quia deesset mihi vis contradicendi. Apud hunc parentem medicæ disciplinæ, & genitorem fortasse meliorum naturalis, nunquam compertum se in morborum causas humanorum

 ad-

admisisse venenum. Acutissimas solas, & pestilentes vinciri à sola putredine scribit, ipsum & caducum à flatibus. Vnum & idem a flatibus vniens originatum. Potentissimas causas recensuit morborum retulit, & aliàs fortissimas, inter quas veneni nulla vnquàm mentio. Placet nihilominùs Galeno, & Auerroi suas obseruationes circà humanam vitam sublimiores ostentare. His fortassè non licet contradicere viris insignibus, & gloriosis. Nihil in gratiam veritatis, cedant & hi sapientes. Duo occupant mentem meditata, alterum quod dicitur in Philosophia Aristot. de mirandis. Alterum quod à Philosophis natura de similibus. De quibus, & Hippoc. lib. de humoribus. Quod ad primum. Quicquid æternum asseritur in naturalibus, imò in Artibus quibusque suis subiectis, id non corrumpitur, aut falsificatur à monstris illorum. Plurima siquidem & in Philosophia negata, quæ tamen visa tandem, & in libro de mirandis auditionibus deposita. Stet ergo cum Hippocrate non conscendere ad tantam tristitiam corpus humanum quod generet in se ex cibis suis venenum: & si aliquis talis inuentus, qui conceperit venenũ, ex mirabilibus auditionibus recipiatur, & sub monstra locetur. Atqui in Acutis omnibus videatis vos, atque declametis malignitatem, & qui propterea venenositatẽ afferatis id extrà mirandũ tollitur, & in Fabulã, atque stuporem. Quod ad secundum dato quod in homine ex testimonio Galeni, & Auerrois ingenerentur ex prauis succis, & mala habitudine venenum; non illud certè venenum non vniuocum, cum veris venenis, sed æquiuocũ. Id confirmabitur authoritate eorundem Præceptorum. Ratio loquitur quod venenum extremum quid sit, & perditissimum opus naturæ. Homo verò non naturæ solùm, sed Dei miraculum. Inuerisimile autem hanc infaustissimam esse, qui venenum possit fabrefacere in se, atque concipere. Venenum ergo non est vllum ex humoribus nostris, ergò neque generatur à nobis. Adde venenum, & facultate esse humanitati tàm inimicum, vt harmonicam quamque nostram perdat quam tangit, ergo ab harmonia humanitatis soneri ipsam ac prodire impossibile. Tandem, venenum suam assequitur ab vno Cœlesti calore, id assentientibus Philosophis melioribus. Ergo humores nostri seu à virtute formatrice, quæ in semine continetur, ac procreatur, nec aliud sui cognoscunt genitorem. Ergo impossibile generari venena intrà nos, in quibus Cœlum non gene-

cat, sed vnus tantum insitus naturalis calor. Restat itaque vt si sententiam tùm Galeni, tùm Auerrois de venenatis morbis loquentibus percipere dicamus, venenum nostri corporis apud ipsos non esse essentiale, & germanum venenum, sed metaphoricum, & per similitudinem quid tale. Vnde & certum esse, quod quæ pronunciantur de venenis nostrorum humorū ea verificè analogicè tantùm, non autem vniuocè. Galenus propterea quanquam disertus, si venenum lingua concepit, illico cohibuit, ac castigauit vocem per vocabulum similitudinis. Idemque prorsùs & Auerroes conscius in homine veneni speciē esse abortum eius: conceptum nunquàm aut vteri sui genituram. Quamobrem nec leges vnquàm apud Hipp. damnari mortalia simpthomata, & perniciosa, quia à venenata materia prouenitunt, sed cuncta à bile, & pituita exurgentia. Neque in Epid. Critonem, & mulierem volulosam perempta violentissimis morbis, quàm breuissimo temporis spacio dixit laborasse vnquàm febre venenata, nec Galenus in hæc verba commentatus est sententiam præceptoris, sed accusando bilem eius acerrimam, & copiam eius ocerosam, declamando tantorum affectuum causas, semper delineauit. A suis ergo venenis cedant Nostrates, qui neque ratione, neque authoritate innixi concident rediculti in via discursus.

Illi verò, qui tertio loco porrigunt significatum maligni febrilis per quid diuinum in morbis, videntur hi vt retuli classi Hippocratis alligari. Verùm videamus accuratis quid resonet apud Hippoc. hæc vox *Diuinum in morbis* hic vt videtur credendum classi Hipp. ij esse ad dicti. Verùm videndum nobis accuratius quid resonet apud Hipp. hæc vox diuinum in Morbis, in Prognosticorum libro dictata. Idque cognoscendum non alio cum conatu, ac studio, quam cum litteris eiusdem Hippocratis suam ipsius mētem euclannibus. Quattuor ergo aperiuntur eius loca, reuisitur in morbis posse includi. Prior locus visitur in libro de decenti ornatu sic scribens. Potētiā diuinam esse quid redondās, vnde vires sapientiæ medicæ possint peruenire. Secundus locus Hipp. est de morbo sacro, & diuinos, quia terribilis, & incognitus. Tertius de natura muliebri, cuius vterum appellant Numen, & vt Canones Ecclesiæ, sacrum. Quartus in lib. Prognosticorum considerandum aliquid ne lateat diuini in morbis: sed in loco patet dici de diuino, inuicto, & insuperabili, vt dicebat

in Epid. de Aere reformanſſima faciente in harmonicum altiſſimum in noſtris humoribus. Verum ſequentia tex. dicunt quod operandū in hoc nempè ex conſideratione huius diuini quid medico operandum aduerſus illum morbum. Verba conſolatoria. Dei, & diuinitas, quoniam non eſt malitia, ſed ſtatus adeundi, hinc melius omnibus qui malignitatem optat, hic ſacra diſcurrit. In Prog. iterum Hipp. dicebat nullum lethale ſignum poteſt affirmari omnino mortiferum vita perdurās, & tranſigere mortem. *Si aliquid noui ſuperuenerit* confiſus in diuinitate, natura cum diuinitas. *Aperit enim ſibi ipſi vias.* In epidemicis. Tanta ergo bona, & diuina in morbis ſtultitia eſt, reponere diuinitatem gremin malignitatis, & ſumma nequitia.

Cæterùm Ichor adducitur, & ipſe in ſignificationem malignitatis à quibuſdam Noſtratum. Opinio tàm accepta hodie, ac celebris, vt medici non eam ſolum conſultando glorificent, ſed vulgus cum eis ab extractione huius Ichoris dicat, malignitatem eximi. Et quoniam ſolertia Noſtratum cogebatur comperire ſufficiens, executiuum, tantæ intentionis curationis, neſcioqua ex minera litterarum (diabolica tamen) veſicatoria traduxere in ciuitates, & carnes humanę quam iubebat Hipp. vt ſuauitatem perpetuò demulceremus curando, ipſi Noſtrates inupera eorum medicina corrumperent in perditionem humanitatis. Quæ vlterius dici debeat de ijs veſicatorijs in ſecundo huius libri par. faciam. Nunc de Ichore iterùm, Hîmodò medici adduct hac ratione quod talis Ichor, quia fundatum malignitatis, debeat extrahi, præter veſicantia, deducunt ſecum Tonſores, in eius rei gratiam, qui nudatis plagis infelicibus oſtentent quem Ichoris, vlcere abſterſo, & fricato, in ſtudia nequàm medica, ſed in ignominiam caritatis. Tàm auuerſa ab Humanitate, ne dicam à ciuilitate, medica hodierna contemplandi modulatio, vt Hippocraticam ſcolam, Arabicam, Platonicam, Aegyptiā, Saracenicā poſtergant. Hipp. præcipit per ſuam, ſed præſertim in Acutis. *Nil* quam ſanctum prodeſſe ægro, quod in ſuauitatem præferat. In epid. itē cauendum à plagis in febribus ob periculum inflammationum, & conuulſionum. Arabes, & Auicennas præſertim, in ipſa curatione letargi, vetat religinne plagas. Plato in lib. de Republica medicos ob id iubet retinendos in Republica, appellandoſque Heroas, qui ſint ciuiles. Exemplum autem de Macaone, & Podalirio, qui im-

medicandis ægris, namque sanas partes, & ille homericus sauciꝰ curarunt, nil mutata consuetudine Aegyptij, sic narrante Diodoro Siculo, tantoperè erant accurati in euitandis iniucundis curationibus, vt magnos cruciatus iniussent, quibus spreta huiusmodi dura.

Opportunum tandem videre quid sit Ichor iste, quotuplex, & quàm habeat in nostro corpore authoritatem. Ichor dicitur, & serum, & liquor, & aqua inter colloquia medicorum ex scola Hippocratica. Quo in conceptu stantes, possumus definire Ichorem per aquosam substantiam humoralium. Verum quia in ipsis matellis vbi colligitur sanguis per venæ sectionem duplicem inspectamus aquositatem: aliam quidem vrinariam disiunctam pænitùs à sanguine, alteram coniunctam cum eo, & eiusdem fermè substantiæ, quanquàm tenuiuiorem; hinc necessariò succedit contemplandum: sintnè ambo huiusmodi aquositates vnus, & idem Ichor specie, an potiùs distinguantur, & diuersę sint substantiæ. In hac difficultate versarunt multi ex Scriptoribus, & ipse Aristotiles sibi ipsi non constans, Poetæque, vt Homerus, & Philosophi discordes. Certum tamen ex testimonio visus aliam esse serositatem vrinæ ab ea Ichorum humorum, ambo quidem aquea, sed vrinaria nihil comiscentur cum humoribus, humoralis verò & cum illis copulatur, & eorundem reportat effigiem, atque indolem repræsentat. Disiuncta igitur meritò dicetur, serosa humiditas ab Ichorosa, vt iure illi competat nomen serositatis, huic autem Ichoris. Quem in sensum, & Aristotiles de Part. Anim., & Galenus de simp. causis 3. visi sunt semper conspirasse. Imò & Galenus, natalia Ichoris enarrans, scripsit fieri hunc humoribus ex reelementatione, siue colliquatione, resolutione, siue dissolutione humorum, qui in venis sunt. Solutique hos colliquatos in serosam saniem, cum serum vrinarium, alia diuersa multum sortitum sit natalia ab alimenta, ab alimentalibus nempè crudioribus. Hæc modò serosa sanies, Ichor ille est certè quem quærimus, non autem vrina, aut aqua, quia eandem generationis formam non subeunt. Quamobrem definiamus denique Ichorem dissolutum quid aquosum ex succis venarum sanguineis, aliquo pacto ægrotantibus, ac securis: eueniretque hinc addemus, vt cuiusq; humori singularis Ichor sit proles, sanguinis quidē vna biliū, pituitę verò altera, fieriq. tandem vt pro tumoris cuiusque particularis

con-

conditione alius Ichor dicatur bonus, malus alter. Pessima siquidem atra, atq. acida, bilis iniqua, & amara, sed sanguineus succus semper amicus, donec non corruptus. Ergo a melancholia, siue bile atra, pessimus Ichor. Ab amara verò, nõ çquus. A sãguine verò, benignior. At quia, tanquàm excrementum scatet, hinc cum Galeno in Epid. commentans, & cum Platone (quem placeat Galeno adducere testem) malus. Ad huius modo aqueæ humoralis substantiæ vim, atque authoritatem, quod attinet, conuertendus sermo. Serum, & aquea substantia vrinaria originantur à potionibus alimentalibus: daturque necessariò homini inter reliqua alimenta eius potio, quò & illiquidet dura, & çquet aspera, & fluida reddat lenta alimentorum, atque grauia, tardaque eorundem: imò fortassè, vt mitiget atque molliat, demulceatque ingrata succorum, necnon eorum, & mordacia. Officia necessaria, quia nutritio assumpsit, si est repositio, sequitur alimentum, non aliud futurum, nisi æquale, suaue, Aromaticũ, viscosum, lene, quæ & alia simul deponit de Ptissana in Acutis Hipp. Ichor autem humorum non est proles naturæ, sed quid monstruosum, nothum, atque præter naturam. Non enim à potionibus prouenit, aut ab alimentis, sed vel a debilitate coctiuæ eius, vel ab insolentia corruptiuæ, illa inualida semicoquens, hæc violenta dementans, ac confundens.

Quamobrem distincta prorsùs in corpore nostro hæc huiusmodi serosa humorum aquea, & inter diuersa natalia, alienam etiam sortita. Talem ac tantam vt placuerit priscis, serum reponere vnũ ex numero humorum, & quartum denominare, cuius sensit idem, & Hipp. cum Ichorem nullus fuerit qui vtilem vitæ consenserit, sed malum exagerauerint Galenus, & Plato.

Vos modò accurrite hic & doceatis. In ambobus nè istis duobus serosis humiditatibus, est nè in altera malignitas, an in ambobus. Nam si vrinaria illa locatis, ego tunc plura subijciam, & primum, quod nullum habeatis ex conspicuis Præceptoribus, qui hanc legem debere inusserint malignitatis febrilis notam, secundo, quod tenuis liquor detineat in vehiculum, atque ad exitum deportetur, tertio, quod serosus non admittat inæqualitatem, vnde asperitas in humore, necnon acredo veri caracteres putredinis, & ea intrà nos rabies ducit febricitantes ad perditionem, quarto, quod aqueus succus non elidat, neque insinue nutrire valeat ignem febrilem, imò

abluens

abluens aspera, & contendens aduersùs exsiccantia, retardet marcorem, atque febris pellat incendia. In ijs vigilans meditationibus Hipp. 4. de morbis,& in acutis vocauit aquam serositatem, succum febri, alibique in opem ardoris febrilis aliud ferè nihil, & salubriùs nullum nisi potum seri Asinini. Restat itaque vt de sero vrinario non verificata malignitate velitis de Ichore ipsam confirmare. Hic siquidem patri fortunæ natalitiæ, cum legitimo humore, at celebritatum eius indigus, vt potè qui enitator sine dissolutionem, siue immaturitatem, non potest intumere nisi insolentis, infidi, atque tumultuosè. Vnde malum cum Galeno, vestram autem per attestationem malignum. Prætereà si nascatur Ichor in maturitate profectò, & fraudans alimentum parricida obuenit, siquè à reclementatione sana hostis insultat. Ergo malignus semper Ichor. Ergo vehementium febrium semper Author. Impossibile enim corrumpi humores nè dissoluantur sine constare ipsos qui ad optimā sui compaginem non fuerint redacti. Tàm autem primum, quàm secundum si admiseris, nulli dubium peccata hæc non desinere in Ichorem. Concluseris ergo, febrem hinc magnam, necnon & malignitatem scaturientem. Neq contentus ijsce addas natum Ichorem, corruptis & corrumpentibus modis, non posse aliud deportare ab huius chaos, nec contraxisse, quàm acrimoniam, quàm incommodam viscositatem, quam iniquam succositatis. In hanc item sententiam, non perducunt te solum demonstrationes isthæc, sed Hipp. etiam 4. de morb. authoritas. Hic visus aliunde non probabi sæuitatem febris, & inuictum, cius quàm à succo alimentoso, & viuifico nostro, inarescente viscoso reddito, & acerrimo, ineptoque ad expulsionem arcanis corporum videntur expressi Ichorem ostendisse Authorem cruciatuum humanorum, & mortis cuiusque. Verba eius hæc sunt *Calescente sanguine exalat maximè per hunc humor aquosus, qui febri est infestissimus, relinquit verè pinguis, ac lenis quæ est Biliositas, febri maximè alimentum est.* Hæc Hipp. 4. de morbis. Et paulò infrà in dictorum robur adiungit. *Copiosius enim & melius alimentum febri bilis suppeditat, & perrumpens, aut firmata in corpore, morbum suprà priora corroborat.* Ergo cum nouissima corruptionum humoris cuiusque abeat in Ichorem, sitque Ichor ob acrimoniam, & subtilitatem bilis quædam, hinc meritò conclusum à vobis ab Ichore generari malignitatem. Bilis tamen, quæ dùm suis in dotibus, nihilo-

hilominus suus quisque Ichor proprietatibus, aliàs pituitæ, aliàs melancoliæ refert notas. Quare & stet per vos conclusum Ichorem tanquam fœtum, siue dissolutionis, & demolitionis, & dissolutionis structuræ humorum, siue tanquam excrementum, & quisquiliæ viscerum coctura inualidarum esse quid fœtidum, & dolosum vitæ. At fancto tamen, nè hinc educatis degere in vinis Ichores malignitatē febrilem, aut arcana hac in materia Ichotis diuersaria thomum maligni, qua auulsa, & febrium sæua euanescant. Hactenus quæ ego in gratiam eorum ex Nostratibus, qui iactauere hanc suam intentionem, de Ichore, in quo malignitatis vestræ stabilitis fundamentum. Totum quicquid credidit posse machinam vestram tueri. Nunc est tempus, vera faxeat imbutus, & infultus litteris Hippocraticis, quæ diluuant vestra commenta. Hippocratis doctrina iubet credendum febres quasq. originari à bile tantùm à pituita commotis. Cui legi, & subscripsere sæcula, & Galenus, reliquique omnes de re medica benè merentes, acclamauere. Non ergo nobis dirigendo acies contemplationis curando, & discurrendo in Ichorem humorum febrilium, vt vos, sed penitiorem in sinum materiæ humorum, & in intima sui pererrando, cogimur commonen corundem intendere animum hanc horrere, hanc debeliare, si valemus. Alteratio siquidem huiusmodi quamquàm suo ex tumultu, effundat Ichorem, non tamen seipsam excludit ebulliens, neque virulentiam illam quam dicit ichotosam euomit, qua alterat; hanc enim siue plenitudo, siue violentia, siue Cœlum in humores ingenerauit Hipp. 4. de morb. quare neque sublato à corpore Ichore, febris ideò aufertur, cum ex humoris tantùm peccantis euersione, & causæ ipsius euersione, per quæ corpus nostrum concutitur, cæterisiritis quibuscunque alijs machinamentis. Hippocrates hanc ob causam scripserat lib. 4. de morbis. Copiosius alimentum *Febri bilis suppeditat.* Tales sunt eius voces. Bilis inquàm, non autem Ichor. Neque pariter in epid. Ichorem edixit considerandum medico, sed de *sanguine Ichoroide*, cuius denique Ichotis, neque ipse Galenus priuatam vllā sunt meditati: attestantes hac vna cum negligentia, quod non conducat medicatis curando Ichorem, sed vnum semper studium attendum in humoris peccantis castigationem. Hipp. in epid. Vt hinc non amplius si Hipp. obuians sæpius in exātemenra, siue in asperitudines, siue in papulas febrilium, eam tamen curam nullam instituit: siue si semel in epid. & libr. de humoribus iterùm

me-

medicationem meditetur, id obiter faciat, & veluti transcurrens, tanquàm non curans. Sed malum obtundens. Et Galenus commentans aphoristica illa, ni à senis sententia maculis, Ichoribus scilicet minimè infixus, vt Nostrates totus immergitur ab ijs veluti in profundos humores expiandos. Si ergo neque promouet princeps Ichor febrem, neque sublatus è corpore amouit febrem, cur tantoperè nos solliciti de hoc Ichore? Cur bilis suppeditat, tales sunt eius voces, bilis inquam non Ichor, vt vos, neq. pariter in epid. Ichorem edixit considerandum Medico, sed de sanguine Ichoroide, cuius denique neque ipse, neque Galenus priuatam curam sunt meditati, attestantes hac vna cum negligentia, quod non conducat Medico sibi aliquid scire, neque de sanguine Ichoroide, cuius denique Ichoris neque ipse, neq; Galenus priuatam curam sunt meditati attestantes, hoc vnum insumendum in humoris peccantis castigationem. Vt hinc non amplius mireris, si sæpiùs Hipp. exanthemata, siue asperitudine, siue papulas febrilium, nihilo eius tamen curam prorsus nullam attentet, siue si semel in epid. & libro de humoribus, & medicationem meditetur obiter, & transcurrens, non curare malum obtundens, & Galenus quoque commentans Aphoristica nil alienus à Senis sententia maculis minimè infensus, vt Nostrates, totus immergitur ab ijs veluti signis in profundos humores expiandos. Si ergo neque promouet Ichor febrem, neque sublatus à corpore amouet febrem, cur tantoperè solliciti vos de hoc Ichore? Cur malignum dicitis ad curam malignarsi vnicum compellatis ostentatis? Cur inuentio arodentium vescicantium in euulsiua sui Ichoris comparatis dolores dolentibus, plagas vulneratis accumulatis, si extracto Ichore febris tamen venefica inde non excutiatur? Si exit Ichor, ea non exeat, cum eruca, quæ vitam erodat, neque vnde exit, commodus, atque conueniens locus sui itineris, cui tu parasti ad vescicantia. Quid attendis illic Ichoris, si indiuisibiles stant cum suis humoribus, non separandi vnquam nisi cum purgatione eorundem humorum? Noua quidem hæc nunc studia Nostratum, ob opinionem malignitatis penetrare vos in tantos errores, medicantibus turpes, & Ciuitatibus perniciosi.

Quoniam verò cum aliquandò tàm à Galeno, quàm ab Hippocrate maligni vox de Acutis pronuntiatur, videndum restat, quæ veriora reportent de hoc eodem nomine. Sic curam legalem, & propriam assequemur dispēsandam Ciuitatibus cum eo ornamēto,

quod

quod solius Hippocraticæ scolæ concessum fuit ab vniuersitate, & Sapientum, & Principum.

De significatu vocis maligni per Nostrates, & Hippocratem, atque Galenum. Cap. VI.

Confusus est per Nostrates, & falsus rumor malignitatis febrilis, per quos non solum medicantes hodie non philosophamur, sed neque ægri sapiunt, concedentes se nobis, neque vllo remedio, aut viuifico roborantur; & nihilominus nulla Nostratum curanda febris oculis subijcitur, quam continuam inspectantes non propalent illicò malignam. Neque malignam rati quàm à methodis non adgrediantur durissimis remedijs curatiuis, superstitiosis tum consilijs, tùm operibus, nulla vi aut præstantia pollentibus non cumulent. Tanto ex medico negotio hodie, & Hippocratica deluduntur illa, à quibus medica facultas, decora, & demonstratiua desumit, & vitalia humanæ structuræ, vnde orbis, & ciuilium artificia felicium, atque curandorum prodeunt, perduntur. Ab hoc ergo tanto peccato, cum tot enormia proueniant consentaneum, & necessarium, vel deportare visendum Viris vigilantibus in verum semen huius veneni, vel obterere, & dissipare falsam, damnosamque vtilissimi negotij opinionem. Id censui ego obire munus; neque tamen alio fretus consilio, nisi vt stet medica antiquissima disciplina] suis antiquissimis in oraculis æterna: credatque humanitas suæ salutis dari tutelam, non garrulam, aut puerilem, sed Hippocraticam artem, sanctam, ac per ora Sapientum, tàm rationibus munitam, quàm auctoritatibus. Vnus autem artis cum sit director maximus ille, & per innumera sæcula veneratus; cuius voces testabatur Auicennas potiora oracula edere, quàm Naturam ipsam, si loqueretur, Hippocrates inquam. Hic propterea, & certissimus in eam venamur veritatem mihi Dux constituitur. Ab eo successit Galenus, quem hæredem adixere scolæ bonorum omnium Hippocratis, sicuti, & diuinitatis participem. Hoc ergo & cum altero febris hanc malignitatem enodabimus: certaque eius expiscabimur infausta salutis, & in Artis nostræ celebritatem. Perspectis siquidem horum Sapientum

tum

rum documentis succedet inde integrum, & facile de febrium acutarum arcanis omnibus plana discurrere, de ijsdemque per necessarias illationes alta polliceri, magna loqui, vera, atque Philosopho vni condigna decretare.

Hippocrates ergo febres quasque tribus attributis septas, continuitate, celeritate, vehementia, appellauit semper Acutas. Id facilè colligitur ex lectura eorum, quæ scribuntur à se, tùm libro de victu in Acutis, tùm etiam in Epidemicis. Hocque vnum nomen semper effudit æternum de ijs, & immutabile: quo ore in vno ædificauit, & sententias, & oracula cognoscitiua, & præuisiones, & promissiones congessit. Ait enim hic morbus, ex magis vulgaribus, vnus ex magis mortalibus, ac seueris. Febrem nullus est qui non cognoscat, quanquàm non initiatus, ignem nempe, feruorem. Quę nomina leguntur passim in Epidemicis. Continuitatem discernet facilè, & idem. Celeritatem verò Medicus tantum compræhendit, & Hippocraticus à motu febricitantis in deteriora præstolantissimo. Vsque adhuc quidem facilis fortasse, & peruia harum partiũ, horumque attributorum cuilibet capacitas. At verò ad examinam vehementiam deuentum non plebeius, nec medicus, sed vnus elegans, & excellens. Nostrates hic tanquàm non recti à Sene Hippocrate, caligant tunc mente, & oculis, nec vidi tunc recursum in alia, nisi in consueta cordialium, & reliqua sua. Hic tamen vnicus ille campus, vbi germina, & fruges præciositanim medicinæ inseminata occasiones nempè medicandi, essentiæ morbificæ penetrandæ, pręuidendi, & remediorum mensuræ, atque præstantiæ definiendæ. Negotio non cuilibet Artifici, sed sublimiori tantùm & elegantiori compartita. At quoniam vehementia per multos, & varios gradus in altitudinis suæ conscendit, hunc susceptis in priuatam contemplationem, nomen singulis illis imposuit Hippocrates, modorum habito respectu ad diuersitatem ponderis, qua feriunt. De ijs ergo modis, tanquàm de rebus insigniter necessarijs ad cognoscendum, ac curandum sic locutus est Hippocrates in Epidemicis. *Multa iam alia quoque opportuna signa ijs germana sunt, de quibus cogites, ad quæ disceptato, expendito, attendito, cui horum praceps malum, & mors portendatur, vel incolumitatem polliceatur.* De modis febrium Acutarum loquebatur. Hoc autem egere disceptatione, expensione, & atten-

tio-

tione, quia ab iisdem mors, & incolumnitas portenditur, & cui offerendum, vel non, & quando, & quantum, & quid sit quod offertur. Absque hoc scilicet scientia languemus in qualibet medica deliberatione, & sanctius propositionum medicarum ignoratum. Idem propterea obseruatum vbique locorum ab Hippocrate, qui nomina vnius accidentium affectus non pronunciat semper vnico cum vocabulo, sed aliàs cum vno, aliàs cum altero. Delirium verbi gratia, non vbique Delirium dixit, sed aliàs simpliciter delirium, aliàs cum additione magni, aliàs subdelirium, aliàs garritionem, verba. In Prognosticis quoque ità distinxit per vim verborum, & pondus eorundem à modis rerum depromptum, vt præcepta tandem sanciat specifica, & partialissima vocum edenda semper Medico, vt in indicando non erremus, nec propterea in operando, & prognosticando extra limites exquisiti exeamus. Hæc eadem religiosissimè cauit Galenus. Quæ iccircò à Nostratibus quoque essent imitanda, si valerent per Hippocratem scandere ad exquisitum Artis. Verùm illi inglomerati intra tantos hos labores, siue irretiti à tot spinis contemplationum Hippocratem relinquentes aliam sibi hodiernam ædificauere, delusoriam ægri, sibi tamen facilem, in cuius articulis nil aliud scriptum de modis, nisi bina; Alterum quod accessiones febrium acutarum dicantur omnes duplices tertianæ; Alterum quod vehementia quæq. febrilis per vocabulũ vnũ maligni significaretur. Dolus certè in humanitatem, & astus quoque turpis in subterfugia à secretis, & sacris litterarum medicarum, in quæ non penetrauere. De duplici tertiana ne verbum inquam ab Hippocrate. De malignitate autem: febrili maligna semper à Nostratibus intelligentia. Vndè error hic Nostratum primus, monstrum medicinæ in perniciem humanæ vitæ adhuc viuens. Verùm Hipp. vt stipitem hanc vehementię scitè perciperetur, dissecauit illam in particulas eas, quæ ad pondus demonstrarent, vndè & secreta virium affectus innotescerent. Has verò particulares dixit esse Implaciditatem, Ardorem, Ignem, Dolositatem, Insiditatem, Maleficentiam, Exiciositatem, Perniciositatem, summã Perniciositatem, Interficientiam, Lætbalitatem. Neque has protulit voces casu, siue eloquentię motus afflatu, quùm soli laconicè deuouerit linguam, sed qui gradus vehementiæ febrilis ita faticerant iura, & decora affectus ad benè curandum resulta-

tafcit. Per implacibilitatem siquidem, Ardorem, & Ignem, leuis in vehementia transultus. Per Dolositatem fraus inter intensa mala. Per Maleficentiam, acerbitas tractandi in incendijs. Per Interficientiam violentissima actio. Per Perniciem perditio. Per Summam Perniciem, de salute desperatio. In hoc tandem vocabulo perniciosi extremos conatus vehementiæ defigens, & quibus id dignoscatur modis, subdit docens desumi eam à magnis simpthomatibus, illisque plurimis in vnum, vt mali delirij. inter nigredinem linguæ, æstum, angorem, partium extremarum frigiditatem. Illa multa ibi tradit, atque expendit, signa semper perniciosa, à quibus, & terrorem, & mortem subsequi vt plurimum concludit. Hæc modò simpthomata sub oculos posita Nostratum, hodie non amplius perniciosa, sed in malignam conuersa, vndè non vt perniciosa curata, sed vt maligna, neque vt perniciosum Hippocraticũ percipiuntur, sed vt malignum, huius temporis, præsentiumque morum assumuntur. In voce autem summæ pernicici desperatam reponens spem vitæ. Hanc quoque in eo de Victo in Acutis, & per euidentissima signa sugessit. Hæc publicantur, & non exire scilicet materiam infectam, & naturam non sentire stimulum ad illam expellendam. Nostrates verò neque de dubijs ijsce exitiositatibus diuidentes, sed inter maligna ambo occludentes, consultò & verum; & clarũ, arduum negotij medici oppressere, tenebricosumque reddidere. Semel tantùm diuidens Hippocrates vehementiam febrilem in simplicem, & maleficentissimam in Prognosticis habuit: Filico sequaces Nostrates, sequaces neque cum ratione, neganere Philosophantes, vulgo tantùm accepta iocantes omnem inde febrem, quæ non facilis proponatur malignam relictis alijs quibuscunque circumscriptionibus proclamauere. Cum tamen Hipp. per hanc vocem maleficentiæ, neque malignitatem conceperit, vt monstrabimus, nec admittere sine interpretatione gradus vehementiæ forè receptam. Idem enim eodem præcipit libro Prognosticorum; vbi & partulam quamque differentiam in addendis viribus accidentium, & signorum affectat, pollicitus sic Prognosticationes tuasfuras in oracula, & medicationes in Altaria. Maligni voce parcissimus Hippocrates, suis in cultis libris aridissimus. Neque enim per Versores in latinum legitur aliquod dicat malignum. Vndè Nostrates quamquàm Acutam dicunt malignam, abscedunt largius à secta Hip-

Hippocratica, & quod præsumunt ostentare, vel nihil est prorsus ex existentibus, vel falsum, & fabulosum: vnde, & medicationem eorum iniquæ, & damnosæ prius quàm inanes; De nomine maligni hæc habet Hippocratica. Galenus verò profusus visus est in hoc vocabulo maligni, exponens enim epidemica senis, teli&tum, & perniciosum, & maleficum, & reliqua nomina conditiones Acutæ repræsentantia, libentius visus in malignum diuertisse, imò modum omnem difficilem febris vno cum vocabulo maligni coniunxit. Quamobrem in hoc vno celebri monitore, ac Duce, vehementia quæque febrilis per malignum expressa. Perniciem quamque appellauit malignitatem. Summam perniciem in malignitatem vertit. Dolositatem est commentatus. Ardorem voluit constanter malignitatem. Difficultatem, & prauum morem non aliter. Quare si in omnibus numeris vehementiæ per Galenum malignitas, quid de Nostratibus dicetur, imitantibus in hac voce veneratum Præceptorem? Ego verò opto aures vestras apertas stare, & animum recta dicenti in fructum, & lucrum tantæ curiositatis, quam colimus, atque agitamus salutarem. Prodigus quidem Galenus vocis maligni in febribus Acutis tractandis, sed cautus, vbique locorum de vocis expositione. Significari siquidem vult per malignum, aliàs dolum, vt in epid., aliàs perniciosum eodem loco, aliàs summè perniciosum, vt in Acutis, aliàs malum morem, vt in porrecticis, aliàs infidum, vt in ijsdem. Neque vllibi tamen Galenus prætermisisse pronunciatum nomen absque significatus sui declaratione. Quare sensisse videtur manifestè malignitatem sibi semper sumptam pro maleficentia, ounquàm pro alia priuata, atque recondita, vt Nostrates assolent, haeque cum intelligentia ne vngue quidem distauit ab Hippocrate affectans vocabulum, sed eodem æternus sterit de gradibus vehementiæ distinguens. Nostrates, cum neque interpretentur vocem, neque medicentur per interpretata, non dubitandum Galenum ipsos non prodere malignam febrem dum promunt, neque febricitantem non enecare, maligni significatum, dum non adducant. Manifestè ergo, & Hippocr., & Galenus prostergantur à Nostratibus in ijs studijs febrilibus: euidenterque innotescit effugisse hoc ab antiquis illis, & per vniuersa sæcula reueritis Sapientibus, siue quia peruersi ingenia, ac doctrinas percoluere, siue quia animas ad decipiendum, priusquàm ad iuuandum exer-

G cue-

euere. Hæc tùm Hippocrates, tùm Galenus de vocabulo maligni in febribus, reliquum vt iudicamus significata malignitati ei, tàm ab vno, quàm ab altero Præceptorum.

Hippocrates per vocem maligni febrilis, quam per leges in suis scriptis, quàm rarissimè, nil aliud concepit significare nisi materias febriles, proteruas, ac rebelles, & proinde perniciosas, exitium afferentes, & Medico infælicitatem curationis. Id manifestauit eo in textu epidemiorum, vbi diuisit de doloribus in beneficos, & maleficos: illis applicari remedia consueta, & mollia, vt potè purgationem per deiutoria, venæ sectionem, fomenta, ijs verò alijs remedia fortissima, vinum, lac, allium. Hanc eandem sententiam expressit quoque in eo de victu in Acutis, quo loci proponens morbum summè, vt inquit perniciosum, remedia adaptat non lenta, aut paupertima, sed efficacissima, & quæ principio librorum volui, ingentis solùm profectus, & magnifici. Denotauit ergo Hippocrates per hanc doctrinam, quænam esset sua intelligentia de summa perniciositate. Subsistere inquam illam in materijs febrilibus rebellibus, & inuictis. Vos fortassè, & idem cum sene fatebimini. Subsequitur ergo, vt hanc rebellem materiam intimius exploremus, & cum Hippoc. oculis omnium manifestam tradamus, hanc quidem non sensit vllam aliam, nisi aut bilem, aut pituitam in commentitam. Neque peccatum horum cognouit alium, nisi aut copiam, aut intensissimam acredinem, aut viscositatem. In ijs epidemica cuncta, ægri, & sententiæ stant tanquàm in columnis. Prognostica curatiua in hoc fructifero exarata. Hinc de coctura, de abscessibus secreta. Quæ vos vniuersa tentatis demolri, dum in illorum, & putredinem substituitis, siue venenum, siue Ichorem, siue diuinum. Curamque proinde somniatis diuersam ab ea senis, in qua nihil imoratur Philosophici, nihil proficui, nihil non alieni, non abiurati ab antiqua celebritate Artis Apollineæ, Hippoc. siquidem quæritans summæ perniciositatis remedia proficua, incisiua efficacissima, purgantia venantur validissima. Idem in epid. accidentibus suorum ægrotantium intentus singula sæuiora, dixit proles, & germina, aliàs lacunæ morbificæ, aliàs acrimoniæ biliosæ, aliàs viscositatis pituitosæ, non putredinis excellentiæ. In Aphorismis, in sententijs epid. in præsentionibus, in coacis processum per has contemplationes. Et libro illo de humoribus, passiones humorales omnes accu-

mu-

mulans in vnum, vbi nam de putredine vestra, & de cæteris attributis eius, quæ iam reprobauimus? Sempiternus eo loci, in impetu humorum, in ferocia, in lentore, in plenitudine, in asperitate. Quare hæc eadem monstrentur per vos etiam & publicentur malignitatis cuiusque matres: excellens vestra putredo, & reliqua huius monetæ falsa, & adultera. Animaduertendum tamen non in hæc solùm, quamquàm magno materiæ morbificæ rebellionis implantari vitam malignitatis per Hipp. doctrinam, sed necessarium cum tali materia conuincere semper, & virium ægrimensuram. Hæc siquidem tanquàm correlatiuum cum materia, & tollit, & dat vitam materiæ. Vndè in epid. de perniciositate, huic quidem ægro perniciosum, alterum verò non perniciosum. Nequit in viribus fortibus materia vlla quanquam infausta, perniciosè hospitari; cum in debilibus, & mediocriter mala possit necem afferre. Hæc tantoperè necessaria discurrenti de perniciositate reputabat Hipp., vt curam omnem in hoc articulo, & solo medico fundauerit, & cognitionem exactam morbi reposuerit. Perlegas textum illum Hipp. in Acutis, de oximelite, ibiq. summum quod dici potest, de significatu perniciositatis dici potest, recolliges. *Potissimum autem ita afficiuntur, qui maximè perniciosè se habentes, neque tamen tussire, neque quæ intus continentur excreare possunt.* Pernicies ergo in nobis febricitantibus, non vbi vnum rebellis materiæ, sed vbi bina in eodem subiecto insidiantur saluti nostræ, alterum vires languentes, alterum rebellia humorum. Per virium debilitatem illud scribit, neque tussire. Per infaustam materiam illud, neque quæ intus continentur, excreare possunt. Non excreare hoc est non euacuari materiam, significat contumaciam immorigeratam eius, quare', & ciuilium moenserū. Vitiositas autem huiusmodi in iam dictis caracteribus infixa insidet copia, viscositate, acrimonia, & similibus secundis qualitatibus. Non tussire autem hoc est non moueri naturam ad expulsionem, siue inualidè moueri, & pigricare, signum quidem inbecillitatis eius, & nota nobis certissima quantùm sperandum de remedijs, & quid, quomodoque operandum curando. Vnum verò horum sine altero si rectè coniectaueris, neque incedunt vnquàm, nec tu si segregaueris habebis vndè opus medicum Hippocratico, aut Philosophico exerceas. Hæc est malignitas Hippocratica non altæ Nostratum, & facies interni status hæc ipsa exsistit, quam in vos inspe-

tem eorundem. Hinc verò tandem, & spem vitæ concipiens, & veram curatiuæ formam sic percipies, & assequeris. Hæc eadem, & Galenus prior sensit, commentans textum illum Hipp. potissimum autem ita afficiuntur, qui maximè perniciosè. Quæ eadem dilucidius posmodùm repetit eo loci, vbi de gelida loquitur ardentibus saluberrimam illam quidem, at subdit insalubris eadem, si febris fuerit maligna. Ergo per hæc ardens tùm solùm maligna per Galenum, quod perniciosa per Hipp. Addas, sed perniciosa nunquam nisi cum infenso materiæ febrilis subijciantur virium ægri imbecillitas. Ergo neque malignum, absque hoc alio virium caractere perditum, ac mortificans. Ergo neque remedium quantumuis validi sublevabit, vt potè in morbum, non in vires oppositum. Vos autem à Galeno, quantum desciscatis videte, qui malignitatis vocem cum eo affectantes, eam tamen significationem prætermittatis inconsideratam. Quantoperè à regulis, & via Galenica aberretis, cōsiderate, qui malignitatem effoditis, & expiscamini a sola materia, siue minera morbifica cum per Gallenum à speciebus debilitatum, quas neque vos producitis, neque in quo rerum arcano occultentur, manifestatis. Imò quàm damnosissimum in enormia per vos recessum, qui curando in solam materiam morbi dirigitis remedium, cùm nihil prorsus valeat, imò enecet vnum quod viribus eodem tempore non destinetur. Hipp. præcipiendo, has verò commentando, ijs duobus perpetuò iuncti scopi in Acutis vigilauere in Acutis curando, idemque medicamentum, vnumque alimentum in huius studij gratiam millenis modis permutant. Vndè nnn huc sacrum in negotium salutis Tyrones admissi, & à plebe medici? Sed Hippocratici tantùm, & Sapientes conuocati. Non hic vestra vniformis sempiterna diæta, neque derelicta illa consuetudinis via per bezoartica, & brodia, per vesicantia, per bolos cordiales, sed oracula optanda vobis Hippocratica ab ingenijs vnicis culta, ac cognita, natis non ad dolum, sed ad litteras.

Hæc extant Hippocratis, Galeni, & rationum demonstratiuarum placita, de aliquibus, quæ vidistis per capita. Quæ Nostrates per scommata in Artis Medicæ fœdationem, sed quod pessimum in humanitatis pænam, ac perditionem.

De Intentionibus curatiuis malignarum Nostratum, suisque remedijs. Cap. VII.

QVi error committitur à Nostratibus in nomine, ac in significatu malignitatis febrilis, is fecit bonas tantùm litteras Hippocratis nempe illas, quibus solis nata est Ars medica ad celebritatem, & contubernalitatem cum sapientia. At verò, qui in curando medicus suppositione nominis huius peruagatur, siquidem non corrumpit solùm medicæ disciplinæ decora, sed quod pessimum, ægros, Acuta, & torturat, & enetat. Iubet propterea incœpti proposi formula, vt curatiuam insuper malignitatis febrilis Nostratum diligentius rependamus, quantopereque ea discriminetur à curatione Hippocratica, & Galenica etiam euoluamus, vt denique abolito nomine maligni, & significati eius, tanquam vano, ac deceptore curam quoque eorũ improuidam, & ærumnosam demonstratum relinquamus.

Sustinent Nostrates contraria contrariorum esse remedia, idque freti authoritate Galenici methodi. Supponunt ergo primò intentionale, quod excellens putredo vnica ea sit, & solitaria, quæ sollicitet totum medicum, vt quid vrgentissimum in sui curam, ac prouisionem, neque hinc referunt vnquam pedem. Dixerit Hippocrates quantalibet velit seuera doctrinæ. Intentiones ergo doctrinæ curatiuæ huius excellentis putredinis confestim ternas sibi proponunt. Primum reuellere à partibus superioribus in inferiora materiam illam, vt aiunt, veneficam. Secundùm contendere aduersus eandem cum ijs, quæ venenum infringat. Tertium corda, & protegere illum à veneficis materiæ. Primùm explent intentum tum vesicantibus, applicatis in prima visitatione coxis, quæ multiplicant aliquando, ità vt viderim sæpissimè, aliquos ad decem, vsque laceratos. Nec vlla consultatio, nec vlla inter medicos hoste congregata, quæ huius tàm sæui, ac barbari spiculi, non placeat actio. Secundùm per alexiteria distrit se consequi ea potissimum, quæ non antiquitas fecerat, sed nouus ferat orbis, dummodò enim laudentur à militibus, & Monacis, à nebulonibus recedant, vt necesse est vsitata, & à sapientibus Artis sileant commendata.

An-

Antiquitas ſiquidem vrgente veneno, & Theriacam, & Mitridatum ſola expediebat. Nunc Theriacam ad Vltramontanos, & mitridatum ad orcum. In horum autem vicem ſcorzoneram, bezoar, petram ex ſue ſpino, ſemina citri, corticum citri: iiſque addiderunt, & lac ex margaritis, ex vnionibus, quæ veluti precioſa, ſanitatis quoque vendantur pretia, non ſecuritatis. Terrum abſoluunt bollulis quibus datis, quæ dicunt iacinthinos, eoſque ſingulis diebus, deglutiendos deſcribunt. Tali ſcelerata cum Arte putant corda humana cuſtodita à veneno. Nullum vides Acuta detentum, qui repletus Veſicantibus non inficiatur etiam alexiterijs, & globulis cordialibus. Cæterùm in victu, reſtaurum. Alui ablutio cliſter, potus aqua, brodia herbularum ad cibum ſerpentum, & vermium ad conſolandum ſtomachum ipſi propinant ſepius. Cæterùm, vt ne tantoperè videantur abhorrere ab Aphoriſmis Hipp. ad mitigandum, ſerum Caprinum deputatum propinant. Interim & herbarum decoctula, quæ marcuerint, & ebullierint in brodijs cichorea, ſonchus, borago breuiſſimis iiſce medicus excellentiam quærit, & queſtuat, æger verò extorquetur, & languet.

Ego verò ſententiam eodem pacto damnatam cenſerem, veluti, & nomen malignæ, & peccatum eius condemnauimus. Duo enim meditantur ij, prorſus nugalia, & aliena à doctrina Hippocratis. Primùm proponunt ſibi intentiones medicandi erroneas. Secundò remedia ijs accommodant, vel praua, vel importuna, imò certè micidialia, vt 2. libro demonſtrabo. De intentionibus curatiuis huius febris edisferã infrà. De tribus illis remedij in preſentia diſcurrã.

Veſicantia igitur, quod reuellant à partibus nobilioribus inſignem veſtram putredinem diſcurritis; fortaſsè etiam quod eandem euacuent, quod ego non ſemel audiui affirmatum. Ego verò admittens nunc & reuulſionem per ea, & euacuationem, ſubdo, febris tanta non ferueт niſi ob multam hanc malignitatem puſilla ſiquidem ea vinceretur, ſi ſtamus pollicitis Hipp. de loc. in hom. Veſicantia verò minimam quanque portionem eius, & reuellunt, & euacuant, vt atteſtatur experientia. Quod igitur poſſunt veſicantia præſtare malignæ ſubſidium? ſtat etiam in confeſſo, & præcipitur ab Hipp. in ſimilibus morbis, occaſionem eſſe præcipitem, vnde citò ſuccurrendum iubet, non tardè, nec ſegniter, vt veſtra operantur veſicantia craſtinandum. Scio ſecundaru dari reuulſionem

per Hipp. in Epid. Alteram sine euacuatione, alteram cum euacuatione. Sed notum mihi insimul, laudatam in similibus casibus ab co euacuantem. Præterea admittens denuò, reuulsionem, & euacuationem fieri per vesicantia, interrogo, est ne materia tuæ malignæ ferox, an cruda, & stabilis? si stabilis, hanc reuellere non debes, nam monita Hipp. dicentis in Epid. cedentem reuellere, renitenti cedere. Habes quoque eandem docentem, quod cruda, & immatura, quiete opus habent, ad hoc vt per coctionem permutentur in maturitatem. Ergo vesicantia hoc loci importuna. Si ferox, biliosa, acris, & tunc temporis vesicantia tua, vt reuulsiua improbanda, quia nec congruus ad deducendam biliositatem illam, quæ duo desiderantur requisita ab Hipp. in hoc opere exercendo, tùm lib. de hum., tùm in Aphorismis, Addas, abscessus in febribus non vbique, nec semper vtilis, ut habemus lectione ægrorum in epid. & ab eodē Hipp. ubi de Abscessibus in Epid. Vos autem cur illicò, atque uisitaueritis ægrum uesicantia instituitis? Verba siquidem Hippocratica si leguntur, *Abscessus procurare conuenit, hoc expendentem si non fiant*. Hoc inquam expendentem. Sed expensionem habetis uos de uesicante in urendo? si in priori uestra uisitatione continuò hoc genus remedij præscribitur. Addit Hipp. in eodem periodo hæc alia. *Quosdam recipere, quales oportet, & quà oportet.* Vesicantia an sint Abscessus quales oportet, & quà. Paruuli quidem, impotentes propterea iudicare, ut Tubercula. Coxa idem Carpus incongrua, quidem loca excipiendæ faraginis excrementorum, & hæc solùm memorata ab Hipp. os, nares, aluus cutis uniuersa, uesica, tanquam congrua, & salutaria. Hæc pariter alia consideres de uesicantibus. Auicennas quamquam Arabs existimauit, tamen quod hoc barbarum sit, & impium inducere in febricitante plagā, id uerò ubi de lætargo protulit. Galenus in libello de reuulsione breuissimis quibusdam in verbulis in fine capituli iactis, ait vidisse se se quidem vsum borum. Non est verum dixisse erodentium, sed Actium intra Carpum. Sed vos cur in cunctis, cur semper attenditis proficientiam? Hipp. adeò exhorruit plagas in Acutis, vt comminatus, & inflammationes, atque proinde neruorum, capitisque læsiones feruidiores: hoc est delitia, & conuulsiones, nunquàm præceperit plagas inuri ad reuellendum. Hodie verò tanta cum familiaritate, cunctisque passim, non vnum, non bina, sed ad

decem

decem, vsque vesicantia? Et quantas obseruatis inde inflammationes vesicæ, tremoris, conuulsionis, phrænitidis, quas euitare consulti in febris culpam inuehentes. Non præstatis autes Hippocrati monenti lib. de Affect. vt abstineatis ab ijs curando, quæ mala inducunt. Et à curante nullum malum accedere oportet, sufficiunt enim, quæ ab ipsis adsunt.

Neque in tam crudeli institutione vesicantium vlla vos cura tangit eius præcepti senis de suauitate medicationis, quàm quidem non ideò approbauit medicis, & saniorem, & gratiosiorem, sed vt necessariam in curando, imò vt propriam, sine cuius vi cedat semper medicatio in detrimento ægrotantis. Non enim vnquàm protulit iuuamentum nisi eidem addiderit iucunditatem, sic enim in Epid. vertit Aphorismum. Si qualia purgari oportet purgentur, & leuiter tulit æger, confert. Vndè in ijsdem Epid. visum passim. Nullam euacuationem, nunquam Abscessum sanasse iudicatorium, qui vexans prodiret. Et qui dissentire tenebatur ducebat in secunda illa constitutione Epid. sanasse omnes, illis tamen & solis exceptis, qui cum dolore purgabantur. Hanc verò vestram hodiernam cõsuetudinem imprimendi cuiuslibet Vesicantia existimabitis medicam? Insalubrem dico ego, & scelestissimam, vt potè, quæ tàm grauis damnis septam, tàm enormem, tàm crudelem, tàm exulem à scolis, tàm barbaram. Quod ad Alexipharmaca, fides vestra in ijs præfixa, quia iam stabilitum omnia matericrum febris venefica esse infecta labe, neque propterea aliud qualecunque illud sit, subsidio esse posse, nisi Alexiterium. Si res ità se habet sicuti innuitis fortassè conclusum de iuuamento, sed patuit in superiori capitulo, materias has febriles non tangi hac pernicie venefica, sed illa tantùm altera, quæ dicitur similitudo cum venenis. Quare importunum, & improsperum hoc loci Alexipharmacum. Succedit tamen considerandum, an Alexiterium habeat facultatem vincendi ea, quæ assimilantur venenis, atque venena. Tunc itaque si eandem possidebit, singulis quoque Acutis salubria, sin minus desideranda, & Nostratum studia fabulosa. Apud me quidem, & quemadmodum per Hipp. demonstratum, laborare in Acuta humores, tàm perniciosè aliquandò vt cum eius signa patent similitudo concedi possit inter eos, & venenum. Neque in alio rerum arcano similitudo magis perspicua, quàm in operationibus, quare & in substantia

vnde

vnde originatur identitas. Cui ergo dubium Alexiteria non dirigi in hanc substantiam, quæ cum vero veneno identitatem est innata? Experimurque Purgantia non purgare vnicum sibi per simpathiam humorem, sed & similem tanquam imperfectum, & velut infantem, non completum trahere. Malignis quis ergo istis Alexiteria ritè præscripta, imò & sanctè præparata iubetis, quo in secretis, & facultate non valeat solum æger subleuari à morbo, vincendo eo, subigendo iunctam mortificam materiam? Sunt enim Alexiteria per Galenum, & Auerroem Antidota, quæ vno eodemque in sinu gestant Gladium, & Balsamum, illud aduersus materiam morbificam, hoc inopem vitæ, & vitalium. Materiam morbificam enecant, & discutiunt quæcunque radicitus imprimuntur intra latebras corporis, & turpia, & immunda vaporum, ac cænositatis explodunt qualia sunt medicamentosa Alexiteriorum fortia, vitalia conseruant, ac refocilant Aromata, siue Aromatica, quæ consanguinitatem tenent cum calore nostro innato, & spiritibus regentibus ministeria cunctæ naturæ intra nos. Definiebat siquidem Auicennas spiritum nostrum in eo de viribus cordis per Aromatizationem sanguinis. Ergo Alexiterium compositum resultans ex ijs duobus diuisis, factum quidem, vt de Theriaca explicant Galenus, & Auerroes, taleque vt vnicum conseruet in se dotes, ac facultates iuuenescentiæ perpetuæ, vitæque humanæ per secula fæliciter perducendæ. Et quale in sanitate sentitur, non differens certè, & in ægritudine febrili: & in Acuta etiam, vbi dictum, non habendam solùm curando, sub oculos materiam infestam, sed eodem tempore, & maximè prospectum in vires; per quas præsentes & perpetuò resarcitæ à deficiente ob aliquod peccatum aromatico suo, possunt tamen per Alexiteriũ, & hoc *illud est, quod publicant* Hipp in Epidemicis, spiritũ mori, & renasci. Alexiteriorum ergo sancta per vos electio in curandis vestris Acutis, quas dicitis vos malignas, si mecum tamen eadem discurretis. At verò non hæc eadem esse vestra consilia percipio. Alexiterium enim non exhibens vos curando quædam incognita Arti medicæ, & impercepta Bezoar nempè, Petra ex sue spino, Grana Citri, Scorzonera, Cortex Citri, Aqua ex toto Citro, Saxoniæ, & similia alia, vana virtute, ab ignaris, & nebulonibus comperta, & quas nullus Hippocraticus admittat. Hæc quidem Alexiteria? Vbi in ijs duo illa decantata requisita, Balsami,

mi, & Gladij? Hæc vestra purum aliquid, & simplex rappræsentant: quomodò ergo valent bina exercent opposita? Vereor certè nè decipiamini, & dum paratis Alexiterium, non propinetis venenum. Vel enim simplicia hæc vestra sunt Alexiteria, vel medicamenta valdè agentia. Si essent composita, subirent proportionem Gladij, & Balsami, educerent nempè materiam morbosam, & eodem tempore reficerent vires. Ergo vestra Alexiteria debent esse medicamenta fortiter agentia aduersus vestram excellentem putredinem. Si talia, quam non inferunt labem languenti naturæ? Titubanti, & proximo morti cur vltimos spiritus rapere vos negabitis notando violenter, & impetendo? Sudore prouocando importunè, naturam à suis ordinibus operandæ coctionis ad Crises, exturbatis? & cuncta artificiorum, similibus cum machinis, cum vita subuertitis Disputatis pretereà impatienter de Calidis, & Frigidis ingestis, litigia huiusmodi dedistis nutrienda fœminis in perpetuam confusionem sapientiæ Hippocraticæ, & hæc tamen vestra Alexiteria, absque disputatione ministratis, quæ sudorem eliciendo, quàm sint calida, sentitis? Scorzoneram, Cortices Citri, Pentaphilon, Ruta capraria, & vsitata alia vestra, non gustu delinguntur calidiora? & introducta tamen hæc vestra, & vana; Vinum verò quia calidum, vt dicitis, quamquàm Balsamicum, & Aromatizans, & quod mirabilius mouet, & purgat, quæ est sententia Hipp. in libr. de Diæta illustrata postea in Acutis, exprobratis? Bezoar, & Petra illa hodierna ex sue spino, quos edidit euidentes effectus? nullos certè, si obseruationibus, & successibus inuigilatis. Ergo nescius adhuc cum quid de vestra hac arte curandi per Alexipharmaca concludatis Sed cogor credere, curationem huiusmodi esse potius plebeium inuentum, quàm Sapientum curam, ac meditatum.

De Bolulis tandem cordialibus vestris discurrendum; & de illis simul, quæ non in bolulos, sed aliter ingesta, vt in pulueres, sales, aquas componunt. Fatentur siquidem hi, hac freti intentione, verissimum esse cum Hippocrate, & Galeno id, quod asseruère. In omni Acuta, & in perniciosa potissimùm vires ægri languere huic prospiciendum a Medico curante singulari cum acumine, vndè hoc debitum opinantes explere si præciosos lapillos deuorandos offerant, siue & cum illis pauca quædam alia commisceant decantata,

quæ

quæ leges ingredientia in compositionem hodiernam, Iacinthinam confectionem dicunt. Dant bolos hodie indifferenter ex hac materia singulo quoque die ad binos, & pluribus per multas horas diei, ac noctis. Neque videtur ille ex Medicis sano exercere cum iudicio artem, nisi hoc recordetur, manè, & vesperè ante cibum degluttiendos. Tueri siquidem hæc corda aiunt, neque impotentes aduersus malignitatem aiunt, sed & emendari præsentem contendunt, & venturam reparari. Creuit posteriùs adeò fama, vt fœminę ipsæ hos inuocent in omnibus morbis, & si nihil fiat aliud per Medicos, credunt tñ per Cordiales cuncta prudentiæ esse cõpleta. Tu verò veriora meditatus videas quæsò quã puerilia ioces. Lapilli prætiosi an virtutes in se contineant aliquas robotandorũ spirituũ, terrendo illos, aut illustrando, non quidẽ Physici demonstrant, sed solũ Astronomi mussant. Et nos tamen exercemus Artẽ, quæ visu debet verificari, non autem ambagibus. Item Aurũ, & Argentum ità corporibus humanis improbat Hipp. lib. de Aquis, Aere, locis, vt quæ vina, & aquæ supernascantur sibi, succedant indè morbosa. Vos verò hæc cordialia statuitis? Pariter si vitam propagarent humanam Gemmæ, & Aurum, Principes certè, & longeniores, & integriores salute, vt legimus, rudosillos quamquàm natos, atque altos in Auro sint nihilominus rapti ad mortem veluti pauperes. Consultò hic depono, quæ Physici de hac materia discurrere possint, nam idem Auicennas eandem reliquit, fassus suo in silentio non competere huic materiæ demonstrationes Physicæ, aut sensatæ. Caueas tu per hæc nè in tuis cordialibus puerilia affectes. At de ijs Auicennas lib. de Viribus non permittit credendum quemlibet febricitantem eadem pati in spiritibus febricitando, sed vult alios tenuitate spirituũ laborare, alios turbiditate, alios imminutione, & similia. Vestra verò confectio si vna tantum virtute serenandi spiritus posset, quomodò accommodabitur incommodis, si iis, qui spiritu præmitur rennuiori, aut imminuto? Subde & maiora vos suspicionem ipsam calefacientiæ, ità deploratis, vt pro frumentacea admiratis hordaceam Ptissana, neque oua tamen incusetis, neque cardium brodia, quæ semper cum herbulis consputcatis; & vos etiam frequentes in bollulis, quotum mixtura omnis est calefacientium. Quid quæso Scordeum? Quid Ruta Capraria? Quid cętera illa componentia Iacinthina crocus Scordeum? Ego profe-

ctò

ctò obseruaui sæpius ab vsu ipsorum linguam contraxisse nigredinem, ac siccitatē. Hæc si conceperis qualia proposui, non fateberis fraudare hos, Artemque, & miseros ægros iugulare? Auerroes laudauit in febribus studium exsiccandi, at verò virtutem huius solis concredidit aromaticis, tanquàm illa quæ vnica simboleitatem cum calore nostro habent, & rectoribus nostris spiritibus. Notauit Auerroes hanc aromatizationem, sub nomine specierum. Arabs cum Auicennæ sententia locutus, qui aromatica appellat species, vt inde compositio Hieræ Collegium, Hieræ ob ingressum tot Aromatum consecuta sit nomen specierum. Idem de Theriaca, Mitridateque dictum. Verùm si hæc consilia Auerrois conciliare tentabitis cum vestris Iacinthinis compositionibus, nullo cum conatu id obtinebimus, quia robur fatale conditur in Gemmis. Sed in altiore de ijs consensus Doctrina iam per Hipp. lata de statu febricitantis malefica est, quod materia humoralis non solùm facessat negotium, sed quod virium imbecillitas adiungatur priori peccato materiæ. Quare viribus dum respiciendum debemus id potissimùm meditari. Quo nam pacto læsę hę vires frangantur. Vires frangi à pluribus incommodis euenit, vel temperamenti alicuius Principis lęsione, vel ab eiusdem obstructionibus, vel à spirituum, quibus vegetare perpetuò cor, & ditare paupertatem suam. De illis prioribus non hic locus. De tertia tantùm disseram. Credibile spiritus paucitatem esse radicem omnis imbecillitatis, quoniam si regunt hi officia corporis, non possunt deficere nisi in peccati horum defectus: Peccatum verò horum seuctius, Paupertas, siue Paucitas, siue ipsorum extat languida textura. Hanc modò resolutam substantiam, peto, restituant Gemmæ, aut medicamenta, id minimè. Ergo requirendum de viribus cordis quænam sint illa, quæ reponant in viscerosis spirituum hanc medullam substantiæ abolitæ, ijsque considere decet, in his Philosophari medium Hippocraticum necesse est. Auicennas vina vnica cordialium Antidota Hipp. in Acutis cibum, & potum sub voce Diætæ compilatus horum spirituum restauratiua dixit, dietam siquidem laudat eam, quæ nec lassitudinem introducit, nec sitim faciat. Quare & cibum, & potum optat, quæ vires sustineant. Hæc quidem cordialia, quæ tam cum Arte opus habeant solerti hanc pollicetur in suo iuramento Hipp. in hoc se omnem coniecturam deuoluturum, vt in Epid.

de-

nunt qualitates, vt putredo, excellentia putredinis, & cætera deliria non sunt ex scola Hippocratis. Neque id caloris admittitur; non curat enim calorem, sed secundas, & tertias qualitates materiæ humoralis, vt crassum, subtile, asperum, acre, & similia. Sed opportunum est ab ijs dictis intentionibus curationem inuestigare, talesque è directo offensas oppugnent, inueniamus enim copiç obstare diminutionem summæ Acuitati, summam coctionem. Verùm quia & alia intentionalia sugerit in curam harum febrium Hippocrates, tùm lib. de Humoribus, tum in Epidemicis iure, & de ijs quoque dicendum separatum à prioribus, & principalibus. Et deriuationis etenim, & reuulsionis, & ablutionis, & incisionis, & aliarum fit mentio rerum, quia hæ non prospiciunt è directo, sed per transuersum morbum; neque propterea nisi indirectè, & per accidens sanant: ideircò minùs mihi de ijs curiosè, quàm de prioribus. Certissimum enim, & maximè meditabile, quod monet Auerroes, morbos requirere in sui medelam primò & per se, quæ contraria sunt è directò, nam solus necessaria; cum ab accidentali curatione contingat solùm per accidens separata. Vndè & Hippocrates vno simplici aduerbio in illo de humoribus appellauit *Interim*, seu parandam non quidem primò, sed post habitis prioribus illis pernecessarijs, sed vocandam in subsidium eo tantùm tempore, quo prioris intentionis essentialis sint præuisæ, & stabilitæ. Siue & *Interim* permissæ, vbi superiores non sufficerint ad curæ perfectionem. Sunt autem hę, vt dixi, Incidere, Abluere, Constringere, Aperire, Lubricare, & similia alia substituere, non quidem morbum abigentia, sed principibus illis tam relatis seruitium præstantia, & conducentia. Sequuntur præterea, & de veteri mixtionis subseruientes. Legitur in Epidemicis ratefactionis, dissipationis, conferentes cruditatibus, & fortasse etiam materijs rebellibus. De illis modò remedijs, quæ ministrantur *Interim*. Ita & in Arte locutus est Hippocrates, quo tempore tria alia officia in manus Medici reposuit, iubens, vt impetum morborum retunderet. Secundum, morbos in totum tolleret: at victos à morbis, non susciperet curandos, non sanat, qui retundit morbos, sed tantum qui tollit. Neque ergo sanant accidentalia remedia, sed retundunt, cùm illa, quæ à directo contendunt, illa tollant. Sed hìc occurrit curiosissimum. Illud quod dictum in Arte destituendos illos, qui victi sunt à morbo.

Mihi

Mihi quidem hoc dictum plasphema resonat. Nam dato, quod Hippocraticum. Non nè natura per te medicatrix morborum? non inuenit natura sibi vias? Non nè in Progn. cognita lethalia vnde de obitu pronunciandum, nihilominus scribit, posse ea in calamitate aliquid noui. Non est aliò per te sparsum spiritus, & interire, & reuiuiscere. Ego in tanta materia medica, quam nullus animaduertit, apparo grande opus. Ad nostram reuersus inceptam materiam. Hæc dicta ingratiam Nostratum, qui confici tribus illis suis Cordialia, Bezoartica, Vesicantia non possunt per hæc polliceri salutem, quia diriguntur è directo in pugnam contra morbi hostilitatem, sed ministrātia obueniunt principibus. Vndè dato quod retundant tollerare tamen sunt inepti. Cogit proxima necessitas, vt singulis intentionibus nostris, tanquàm regijs aptemus remedia specificatam quidem imminuendo copiam materiæ, quam maturando, mitigando, & roborando vires.

De diminutione copiæ prior intentio deducta à materia Febrili. Capur IX.

MInuendo materiam morbificam, quæcunque ea sit, nouissimum debet inuigilare semper medici munus. Idem & materia tamen huiusmodi duplex recensetur per cūcta volumina Hippocratis. Alia cruda, duplex & norma minuendi. Altera acuta, alia cruda. In Acutis ergo copia monuit Hippocratem in Aphorismis, & eundem in libro de humoribus, ducendam materiam, & aliquando purgandam. Ducendam quidem vbi impetit per se, atque ferocit, vt per loca commoda, ac conuenientia ad exitum procedit ducimus per lenientia. Purgamus per purgantia. Ergo aliàs solis in hoc casu medicamentis ex cassia. Sirupo rosato, & eum similibus huius generis procedunt. Aliàs & subpurgant ex sero asinino In copia verò cruditatis si duo ad summum sunt, quæ hanc per Hippocritem moderentur, mutatio, & Abscessus, cum illa longam dimetiantur moram euacuationem, & diminutionē, optimum factum vt operemur facilitatem maturationis. Præterea & ægrotantes in Epidemicis nouimus non sine euacuatione principio suarum ægritudinum sanitati restitutos: neq;

ob

ob crudorum ipsorum reiectionem damnatos, nisi inquantum vires non tolerassent: vndè tùm cruda deiecta non mortem omninò, sed & morbi prolixitatem significare. Seu valeant cruditatum deiectiones, celeritatem morbi soperare; deportant enim extra corpus copiam, vndè reliquum faciliùs coquatur. Imminutio ergo facta cum medicamento imitando naturam salutaris: prima intentionum curatiuarum, & perpetua etiam in morbi progressu febrili. At si materia fuerit summè cruda, siue aeris, in illa medicamentum obuians, crassitiei, siue viscositati, impotens hærebit. In hac verò furentiæ, & inobedientiæ oberrores fugæ, & motionis inordinatæ febris mala consentaneum exagitari. Hoc in casu ergò summæ cruditatis monet Hipp. in Acutis, dandas quidem euacuationes, non vno in-hausto medicinæ, sed repetitis vicibus. Neq. enim hac cum arte imbecillam quatimus naturam, sed subleuamus aperiendo occasiones coctura interim ciando. Quo in casu vides vlteriora, quæ monet in Acutis Hippocrates, ad euertendum scilicet simplicibus cum non esse nobis cum istiusmodi materia, sed debent ex fortibus dari paulatim. Hæc siquidem sola forma pharmacandi vtilis, & secura sibi summè cruda facescant. Cassia ergo, Mãna, Senna, & similes alij abstergentur ab ijs ministeri s lenitiua, diaphenicone, agaricus, &c. Neque obstes cocta purgare oportere. Intelligas siquidem plenè, & affatim, sed paulatim per purgantia id semper laudabile. Id verò esse genium Hippocratis ostendunt lectiones Acutorum. Ibi Elleborum, & Peplium exhibet in principio Acutæ. Dare tamen tam grandia purgantia in suo ingenio hoc in casu, sed reddebat ipsa per cocturam lenientia. Hæc edisce ab eo quod in ipsis Acutis de portionibus attractiuis. Hanc potionem exhibebat senex in principijs Acutorum Elleborum decoctum in brodio. Vndè edocemur eadem purgantia posse reddi, & lenientia. Purgantia data paulatim, & modicè. Lenientia affatim, & plenè. Purgans si detur purum, integrum, fortius. Leniens Elleborus optetur, edecoquatur, comburatur. Hac cum distinctione monemur idem dari posse, & in principijs morborum, & in progressu; idem pariter, & coctis, & crudis materiebus. Quare & optimè factum ab illis, qui semper purgantibus in principijs abutuntur, vt diaphinicone, cassia cu reubarbaro, eadem cum senna; siue agarico, siue hiera, & similibus. Verū huic paulatinæ intentioni Al-

tera per Hippocratem addenda in ijs purgantibus pernecessaria, hanc Hipp. in præsignato nostro textu subijcit. Volt siquidem, vt medicamentum sit ex moderatis in facultate. Explicat verò hoc suum consilium in exemplo aceti, quod si fuerit nimium acre, nihil, inquit, mediocriter efficit: fortassè quia vires debiles debilitant: sin autem parum acre fuerit, subiungit, & fauces humectat, sputum educit. Quapropter in Acutis satisfaciemus intentioni imminutionis, si in principio morbi, & progressu dederimus purgantia mediocria, eaque paulatim vbi cruda vrgent. Verum vertitur in dubium, an principio Acutarum iure medicamenta valdè purgantia possimus exhibere, & videtur affirmandum, quia quamquam strepat Aphorismus, *raro medicari*, nihilominus legimus datum ab eodem Hippocrate Elleborum in principio pleuritis. Vt censeam ipse purgans validum id solis in actibus materijs offerri, quia & vires concedunt, & materia obsequitur. Verùm vbi imminet periculum, vt in progressu morbi vires prosternantur, illicò in ipsis morbi exordijs, vbi adhuc consistūt, educenda viriliter materia, antequā in perniciem trahat. Possumus etiam aliam rationem adducere, quod nempe in principio pleuritis materia turgeat, quia currit tunc ad efformandum apostema. In summa ad imminutionis officia, purgando & illis cum medicamentis, quæ in facultatibus mediocritatem habeant, vt propterea in virium anhelantium gratiam non semel, sed toties purgandum, neque tandem vno tractatu absumenda cruda, sed paulatinè.

De mitigatione secunda intentio medicandi Acutas de materia eius deducta. Capur X.

SEcundam intentionem curatiuam Hippocratis diximus esse in perniciosa febre acredinem bilis. Hanc verò non indicare, & inuocare mitigationem non videt. Quo in negotio legimus in curando Acutas tam anxium inuigilasse Hipp. vt tùm propè finem libri de Victu in Acutis, tùm lib. de Internis affectionibus cæteris omnibus penè medicamentis omissis in solis mitigantibus fleterit studiosus. Neque ad hoc tanto Præceptore alieni Rasis, & Auicennas, qui opponendo se biliositatibus, non euacuationem tan-

tantum eorum proposuerint, sed & mitigationem. Cuius tandem studij, & prouidus Galenus ad Glauconem retulit, meliorem multò, & securiorem futurum per mitigantia, & castigantia acredinem bilis, quàm per eiusdem separationem à corpore, & euacuationem. Est autem mitigatio, retusio puncturæ bilis, quæ præ feruore, sine agitatione intrà nos conquisiuit sibi rabiem, vndè morsus impetus ferocia, & furens transitus per corpus. Hæc quippe esse peccata bilis acutæ scias, vbi febricitamus. Hæc esse damna, & cruciamenta corporis humani, quo tempore æstuat perniciosa. Non calorem, vt dicunt Nostrates, non ignitum, non putrediné, non veneficam qualitatem. Hipp. siquidem in Epidemicis quemadmodum bonorum Author in medicina, ità huius veritatis illustrator. Calor, inquit, signum acrimoniæ, perturbationis, & transitus. Quare medendo his febribus, quam sollicitudinem exercemus refrigerando simpliciter, eam perdimus inutilem, vt Nostrates perpetuò operantur: eam verò quæ mitigando elidimus, hanc quidem singularem, & insignis profectus experimur. Quamquã enim Galenus, in methodo hanc refrigerationem coniecturauit vnam ex intentionibus curatiuis febrium, & passim gelidæ potum in ardentibus propinauerit sublime subsidium, nihilominus percepta opere bonitas remedij, & potius ob copiam mouentem laudata, quam ob simplicem refrigerationem. Hipp. igitur 3. de morbis ardentibus, dum parauere frigidas potiones, nullibi in illis gelidam vnam, sed cum aqua aliud semper commiscuere, quod aliquam vacationé prorítasset. Vndè non negamus quidem & refrigerationem non ingredi meritam inter intentionem Acutarum, sed solam reprobamus, tùm quia non ob primas aliquas ex qualitatibus febricitamus, tùm etiam quia si conferens, non tamen vnica refrigeratio sufficiens nunquam necessitatibus nostris esse præsidio. Consilia itaque mitigandi in Acutis, vbi Acuitas præualet ineunda: neque segniter, & leuitè exercendum huiusmodi munus, sed per totam febrem frequenter, & pressioribus cum medicamentis, quandò eius simptomata ità requirant, quænam autem sint materiæ medicinales, quæ mitigando stent adhuc in pretio apud medicos, & harum omnium quæ efficacior censeatur, experimentoque comprobetur, discurrendum succedit. Copiosa est lacuna potionum fluctuantium ad ora Acutis laborantium. Pincernæ sapientes sunt etiam

D 2 mul-

multi. Auicennas brodia scripsit ex pullis ea esse, quæ æquent omnes humores peccantes. Rasis, & Auerroes, aquas ex fructibus cõcelebrant, & eam potissimùm, quæ ex anguria. Galenus aquam ingenuam, sed gelidam. Hippocrates serum Asininum coctum vnicum, tanquàm egregium ex mitigantibus sublimat. Nostrates verò brodia carnium, in quibus maduerint herbulæ, vt potè cichorea, sonchus, acetosa, aquas, vt dicitis, ex toto citro, saxoniæ, stillatus ex herbulis, succositates herbularum per distillationem. Neque in ijs stabiles per experimenta. Laturienim tantis potionibus fuit, qui tandem introduxerit aquam ex Nocera. Nescius ego tamen ad mitigandamnè acrimoniam bilis, an ad suffocandum ægrũ in lacunis. Videamus tandem nos, quos sequi in hac intentione curatiua, seriò habeamus Duces. Auicennas non summæ illa acredini, sed acredini simpliciter, cruditatique accommodauit: quùm lentor coniunctus aliquali calefactione qualia pollicetur brodium ex pullo non possint non adæquare ignitum humorem, subtilissimum, & purgatissimum. Hæc siquidem requirunt quidem lentorem aliquem in Acuti castigationem, sed simul cum lentore refrigerante substantiam, atque facultatem in sui igneitatem inuocant. Tale verò suum brodium, quod calefactiuam habeat efficaciam, idem ipse Auicennas fatetur, qui ex copia horum ebibita in febribus, velit indè facilè ecthicã consurgere. Non ergo mitigatiuum velim ego cum Auicenna esse brodium ex pullis, neque in huius officij gratiam vsitatum nobis. Rasim, & Auerroem dicebamus afferre in sublime suarum laudationum, in mitigationem hanc necessariam aquas ex fructibus, & potissimum ex Anguria. Reddit rationem huius sui propositi Auerroes, quod tales aquæ veluti ex succo nutribili confectæ non qualificent tantùm sanguinem, in quo insidet acrimonia, sed ipsum eundem sanguinem reforment in dulcedinem, & mollitiem, qualia attributa fuerunt secum, fructus illi dulces, & mollissimi. Non dubitandum ergo hasce aquas summam acredinem bilis, sanguinis acrem vndam subigant, & reforment in suauissimam. Ego verò ad refutandas huiusmodi potiones ex fructibus summoperè pronus crederem sanguinem ex huiusmodi aquis, siue humorositatem hanc suam esse subiectum facillimum corruptioni, quare nec affectandum. Habeamusque attestatum Galeni ad Glauconem asserentis, Anguriam generare in sto-

macis nostris colcram. In eo de succorũ bonitate, & vitio repetens esse horum fructuum, & similes alios pessima dotati succositate. Ad Galenum ergo conuersus, qui gelidam reliquis prætulit, fateor hanc non posse aduocari in opem mitigationis, quia vt aqua, nec flectit acredinem. At verò & ob gelu plurimis subijcitur obiurgationibus per eundem etiam Hippocratem, à quo singulo quoque periclitamur vitam, tantisque insuper requisitis obligamur, vt nunquam non sit obiurganda nunquam, nunquam non condemnãda in potum, siue & medicamentum horum febricitantium, si bibatur. Quæ eadem aqua simplex quamquam non gelida si eligatur, cui iuris, eadem aqua tantum obstat, vt prosit, vt ab Hipp. in Acutis nulla virtute proficere corporibus possit, neque in febre vllo cum titulo concurrere vtilem. Nec enim talis, quæ bilem mitiget, sed quæ suaptè in biliosis bilescat. Neque feruorem sedet, sed sitim augeat. Neque nutriat, & auget vires, sed imbecillitet. Neque nudos parietes viscerum roboret, sed quæ in sui occursu strangulet ipsa, atque confringat. Tanti tamen viri testimonium non perterreat, nam experimento iam millies confirmatum eius redundantem potum ob id sanare aliquandò quod primò emundet ventrem à bile hac acerrima, deindè quod corporis, & viscerum temperamentum modificetur. Ego igitur cum quæram ea, quæ mitigent, non accusabor de rebellione aduersus maiestatem tanti Præceptoris. In Hippocrate ergo conuersus. Expiscando in eius arcanis, quæ sentiat de hac mitigatione in Acuta, dixi laudasse serum Asininum coctum in 4. enim Acutorum, ardentibus vnicum describit, & lib. de Int. affectionibus idem. Nihilominus in 3. de morbis potiones celebrat ardentibus proficuas, nullam tamen simplicem propinat, sed singulas medicatas cum ingredientibus, vt videas non quidem refrigerationem cogitasse Hippocratem, sed vbique mitigationem, & segregationem huius Acuti humoris, neq. cum Galeno confisus in aquis, sed vbique cum refrigerantibus, & mitigantibus ipsis. Præterea & facit mentionem in Acutis aliarum specierum potus mitigatiui, vtpotè potus ordaceï, & ab vua passa, & à vinaceis, & à piris, & à punico, & à mirtis, & à cnico. Has ergo potiones, quæ Acutæ rata est, quia insignis profectus remedia. In ijs ergo immorari debemus in tanta ægrorum calamitate Hippocraticè, idest diuina cum ope, non autem imaginariè, & pueriliter

ter qualia apparent consilia hodierni vsus Nostratum. Duo diximus obseruari in lectionibus voluminum librorum Hippocratis remediorum genera efficacissima illa, & specifica, quæ contendant aduersus summam acrimoniam huius febris mitigando, demulcendo, & frænando bilem. Alterum est serum lactis Asinini coctum, potiones ex aquis, in quibus immiscantur ordeum, vua passa, & reliqua, quæ dicta sunt in Acutis. Illud quidem primum quod iactatur in libris de sero Asinino magnificè quidem id omne si velis coniunctum cum rationibus, quas non tetigit ille, solisque experimentis magnificat, hæc habeas. Primum quod ferit in Acuta bilis est tanta siquidem acuitas febrilis, non aliundè, quàm à bile, vndè dictum ab Hipp. febres à bile. Bilis autem huiusmodi non ferit, quia ignea, sic enim sanaretur frigefacientibus, sed quia acris vndè dictum à Sapientibus, sanùs esse mitigare bilem, quàm euacuare. Non negandum tamen & feruidam esse bilem, sed minùs multo ob feruiditatem ferire, quàm ob Acuitatem profitemur. Acredo porrò in ea nascitur ab inæqualitate materiæ ignitæ, & à subtilitate partium eiusdem, quibus pungens viscera nostra vellicat, ferit, in impacientiã, sollicitat ordinẽ spirituum, & incẽduntur, quia cursu, & lassantur adeò vt indè cuncta nostri serueant in febrẽ. Ergo in reparandis ijs incõmodis, nõ debemus cogitare simpliciter de feruore, vt Galenus cũ sua gelida, & Arabes cũ suis aquis ex fructibus, & Nostrates cum Noceriana, sed primò, & ante reliqua cogimur remedium aduersus Acuitatem, indè verò & simul circa feruorem vigilare. Istis verò duobus serum Asininum plenè, atque abundanter satisfacere visum. Nam vndè mitiget, habet aliquam singularem quandam crassiunculam vnctuositate, frænat, mungit, coarguit, placat, flectit. Hæc verò cum aqua laxat parietes viscerum, mollitque, atque refrigerat incendia humoris. Per aquositatem frigus inducit. Per vnctuositatem mollissimam Acuitatis lenimen. In aqua ingenua huiusmodi aquositas incocta, acerbior. In sero aquositas coctior à lacte amicabilior. In aqua ex fructibus vnctuositas serosa, minus compacta, atque fermentata: in sero vnctuositas subacta magis, ac complexa. Quare lac, siue serum Asininum in mitigationem acredinis Biliosæ summum & excellens semper pharmacum, id que vnicum futurum, quod nostras spes alat, & excellens semper Pharmacum, atque id vnicum futurum, quod nostras

spes

ſpes alat, atque intentiones medicandi. Hippocratis ſiquidem eſt dilectus, & rationibus, & demonſtrationibus, magis reliqua quæque ſint. At dices, Noſtrates non ſunt deuij ab huiuſmodi doctrina, à quibus adminiſtratur, & ſerum lactis in mitigationem. Fateor id quidem, ſed vniformi cum inceſſu non progrediuntur cum Hippocrate. Ille quid Aſinini bona mitigationis expertus, hi verò in ſero Caprino, & Vaccino id contendunt boni contineri: Imò & aliud operantur, & gloriantur ſe facere de lacte Caprino. nempè abutuntur eo. Euenit hinc vt lac deſtinetur ad id, quod natum non eſt. Diſputatum qui conueniat tantùm, hi & ad turbationem. Lex lac Aſinæ vſus, quia longè à turbatione mitigationem ſolam optat exercere, & deputatum dant ſtudiosè quærentes in bilioſiſſimis Acutis irritamenta, ò quanta patitur ſapientia hodiè Hipp. In eo de victu in Acutis legitur expreſſum hoc ſcandalum, vbi à bile commota febris conſurgit, nè irrites magis ventrem, quia enecabis. In ſumma Hipp. in lactis Aſini ſero bona ſolùm optanda (mitigationis cõperta. Noſtrates verò in Caprino id contendunt boni etiam cõtineri. Ille ad mitigandum ſolummodò. Hi verò ad euacuandum ſua ſera hæc inuenire. Quàm diuerſa præcepta. Serum Caprinum, inferior multò potus ab Aſinino, quia non adeò aquoſus, neq; propterea tam refrigerans, neque tam lenis concludendus. Imò idem Caprinum deputatum ad mouendum aluum ab ſuam contentam nitroſitatem à Noſtratibus, & ijs præditum muneribus prędicantes ſtatuunt omninò diuerſum mitigatiuè, quoniam quæ mouent aluum exaſperent temperamentum Epatis, & ob bilis agitationem incẽdunt, & acuunt magis febrem, vt adnotauit Hipp. in Acutis vbi de mulſa. Serum autem Vaccinum, adhuc Caprino peius, quòd adurens, quòd craſſius, vndè & refrigerando nil valeat, & mitigando ineptum, obſtruendo augeat febrem, & mouendo aluum importunè. Inuenere tamen proximi nobis caſtigationem harum iniuriarum Caprinum, ſiue Vaccinum diſtillantes: hac ſcilicet cum arte factum, vt craſſities ſeri, & nitroſitas vincerentur. De Caprino ſero aliquid concluſum: excipias ergo, & extrudas bouinum: at ego rem hanc ſuſpectiſſimam habeo. Cæterùm elambicatum Caprinum in defectum Aſinini laudo. Cæterum quod ad potiones illas Hippocraticas in lib. Acut. vſu verò miniſtratas lib. 3. de morbis, has & meditor ipſe propè facultatibus ditatas, atque ſerum Aſi-

ninum. Dixi tamen propè, vt etiam consultus illud prorsus. Nam vbi desideratum fuerit lac Asininum, tunc huiusmodi potiones substituere non fuerit per me imprudens consilium. Habent siquidem hæc & requisita plura quàm serum: nempè & aquositatem, vndè refrigerat, & vim siue substipticam, siue amabilem, vt demulceant, siue mitefaciant. Et vt in singulis potionibus immoremur. Vua quidem passa sit primum nostrum discursus obiectum. Passulę dulces sedant mordirationes, quæ contingunt in ore stomaci, maturant, resoluuntque temperatè. Stipticè verò fortificant stomachũ, & retinent ventrem, maturant præterea humores crudos, & indigestos, dulces, & æquant humores malos, & temperant eorum substantiam, & sunt in natura tardè ad recipiendam corruptionẽ, & in tota eorum substantia sunt epati grata. Hæc Galenus eadem pandectæ. Vndè videas quęnam cogitet semper miranda Hippocrates ad salutem. Vtile siquidem medicamentum ad sedandas in febribus Acutis mordicationes, sed eo tempore suaues. Ex ijs autem componit cum aqua vinum potabile gratissimum certè ori, stomacho, epati; sed humotibus perutile, & reliquis partibus acceptissimum. De potione ex aqua ordracea abundè dictum & in Acutis ab Hipp. & Auicenna, ac Mesue. Sedat siquidem & hæc ob suum lentorem mitem mordicationes quemadmodum mulsa. Verùm componenda espilato prius cortice eius, nam vnita cortici ventris redditur motiua. Suaue insimul medicamentum vinaceorum potio, quæ & ijsce febribus vtilissima. Ego tamen eo tantùm tempore opportunum, quo bilis fæerocescit mouendo ventrem, & vellicando: nam ad lenem tunc adstrictio gratissimum, & laudatissimum remedij genus potio ex piris: sedant enim hæc sitim, & fortificant stomachum, illud ob aquositatem, hoc verò ob substantiæ suæ stipticitatem. Quare venerata semper Acutis, & simul gratiosa. Potiones simul ex mirtis memoratæ in classe aliarum, vbi forsasse dissolutionem viscerum à mordacitate bilis conspexerimus. Stringere enim fluxum ventris cholericum, & confortare stomachum, & confortare, & fortificare viscera prædicant hanc cum cæteris pandectæ. Hæ verò huiusmodi potiones quantoperè præcedant meritis Nostratum illis ex Cicorea, Boragine, & Acetosa, cuique potest cæco patere: nam quæ ex his erbulis minimè sunt virtutis, iniucundæ. Vndè quantum hodierna medicina à merito dum-

de-

decessit, à fructu vides. Dum enim student domui ægrotantis complacere, eodem quidem momento, & ægrum offendunt, & artem prostituunt, & quod pessimum foralem plebeiam pnenlem hanc nostram disciplinam reddunt, quam sapientiæ contubernalem volebat Hippocrates.

De tertia spetie Intentionis curatiuæ Acutarum, quæ deducitur à materia febrilis, & dicitur materia cruditas. Caput XI.

TErtiam curandarum Acutarum sciebam esse cruditatem pituitæ summam. Huic non dubitandum reparare non posse nos, nisi per ea sola, quæ operentur maturationem. Ergo vestigandum primò quid sit maturatio. Deinde quę sint maturantia, & quotuplicia, & ea potissimùm, quę Acutis accommodantur, perquireutur, vt inde cura nostra, & vtilior succedat ægro, & nobismetipsis studia medica, melius quàm Nostratibus petita, atque mercede gloriæ compræhendantur condigna. Primo ergo loco lib. de humoribus secundus in epidemicis, tertius de victu in Acutis, quartus de Veterum medicina. in libro illo ditissimo sapientiæ medicæ de humoribus dixit, *maturitas tempore contingit*, ergo tempus est medicina crudorum idem repetiuit. Per tempus autem intelligit Hippocrates illud certè, quod dicitur de diebus decretorijs ijs siquidem natura abutitur quemadmodum Deus ad perficienda opera quæque suarum manuum. Neque enim ordinis magistra, in quo stat mirabile quodquam sine ordine, & numero, atque tempore ipso posset aliquid perficere. Hinc vrinarum nata fataliter inspectio, hinc numerus dierum obseruatus, hinc visitationes Medicorum cultæ, hinc occasiones medicamentorum præscripta, & Coelorum apud aliquos explorationes suffecta studia. Hinc prognosticationis, & prouisionis miranda. Quando verò iam cò peruentum per temporis beneficium, vt humor crudus maturauerit, per litteram Hippocratis, vt ipse demum, *aut intrò repat, aut extrà, aut aliò quò oportet.* Ex quibus facilè percipis maturationē humoris, Acutarū nō dicitur de humore cōtendente beneficio tēporis, in alimentum, sic enim maturatus, non prodiret extrà, sed dicitur de

eo humore, qui excrementitius, non habet aptitudinem exeundi è corpore, ni prius per necessarias alterationes ad cocturam qualificatus, inde tamen exeat. Qualificationem autem hanc & modificationem elargitur sibi natura per tempus. Qualitates porrò has infestas sunt vt plurimùm viscíditas, grossities, asperitas, durities, lentor, & similia huius, qualificantia materiam valdè rebellem ad reddendum obsequium naturæ indefessè coquenti. Has porrò exquilias separatâ portionibus bonis natura extrudit, aliàs per aluum, aliàs ad vrinaria, aliàs ad carnes, & vasa minus nobilia. Tempus ergo, & dies sint tibi instrumentum, quo maturationem in Acutis affectes. Atquia tempus non conceditur nobis, nisi viribus præstemus hinc ad vires sustentandas solertissimum, atque virilissimum exercendum ingenium, quod surgeret vnicus Hippocrates professus, & iuratus se in tanto hoc negotio curatiuo futurum semper solertissimum. Secundus locus vbi monstrantur ab Hipp. remedia, hanc maturationem sollicitantia est in epidemicis. Aliàs siquidem ijs in libris conclusionem esse vnum ex remedijs, quæ perquirimus. *Quecunque concoqui opportet conclusa esse conuenit.* Aliàs operari æqualiter, vngi, perfricari, non agitari. Quare per hæc habemus remedia Hippocratica maturationem facientia esse occlusionem, operimentum æquale, vnctionem, perfricationem, quietem. Nostrates nunquam vidi vsos ijs in suis malignis. Ergo non proponit vobis maturationem; nec alia in huius gratiam administratis. Imò assiduì in clisterijs, in vesicatorijs, in surgendum singulis, quibuscunque horis tàm diurnis, quàm nocturnis ad opus aliquod insulsum medicum, perpetuò detinentes, ægrum decipitis. De vnctione, & perfricatione quanta exageret Hipp. lib. de affect. habemus. De operimento, & quiete multi cum eodem præceptore. Tertius locus vbi remedia patent huius eiusdem maturationis emoliendæ, aperitur in libris Acutorum. Ibi siquidem ait danda esse quæcunque secant, & humectant. In summa quoque incoctibilitate docens, ab ijs perpetuum adiectum, quod nempe & ea sint tepida, siue subcalida. Ceu velit temperata in facultatibus ea esse, quæ maturationem sollicitent. Vndè non mirum si per Auicennam manet sæpius in dies educi optimum potum eorum. Erant autem ex pullis plurimùm ceù expressis ex quorum vsu, & mitigatio bilis, & alimentatio substantialis sanguinis. Per Nostrates etiam brodia conspurcata

her-

herbulis, præterquàm quod sint insuauia, sunt etiam per testimonia Arabum corrumpentia stomachum. Verùm Hippocrates disiunctam nunquam voluit tepiditatem ab ijs brodijs coquentibus, & maturantibus, quia emolliunt, & humectant Quare demum apprehendas vera esse auxilia attemperantia, & maturantia quæcunque cum tempore perducunt incisione. De summa cruditate dicuntur hæc. reliquum est & necessarium scire aliud Hippocraticum conferens huic maturitati, quæ non exiens facta materia cocta, necessariè egentes nos suo exitu debemus artes traducere medicas in extrahendas ras. Hippocrates ergo recordatus, & rarefactionem in ijs causis, & disolutionem. Ergo quo in casu relicta remanserit à coctura eruditas, habemus tunc & hoc aliud remedium disolutionis, & rarefactionis. Calida subolia balneum, lacomcum, therme, guaiacus, cinna, salsa, theriaca, mitridatum, & similes aliæ ijs confectiones. Dissuunt autem magis, quàm disgregent, dissoluunt materias renitentes, ac robustas, mercurius, & sulphur, & euenit vt miracula videantur à mineralibus, aquæ vitæ, & similibus, vbi ergo maturatione opus est, & ea non prodest, nam nihil exit, tum subfugium in rarefacientia, & dissipanoa. Neq. propterea mirum si Hipp. in epid. vbi de boloribus maleficis vsus sit dissipantibus, allio, vino. Paracelsus, & ipse multiplices congessit efficacissimas dissoluendo, & dissipando, elixir vitæ, olea balsamica, & simdia imitantia, & æmulantia iussa, cuius nulli dubium non fuisse obseruantissimum attestarum cum scribens contra operata Nostratum Galenica dicebat inter calumnias *Vno semper excepto quem venetor.*

De

DE MIRANDIS HIPPOCRATIS;

Hoc est

De conseruandis viribus in Acutis, & restituendis illis.

CAPVT VLTIMVM.



DICTVM, vires esse maximum illud protectum à natura, quod potest omnibus morbis Acutissimi prouidere. Viuidis siquidem viribus semper hoc operatur in nobis, vt functiones naturales pereant impotentes regiminis vitæ. Vndè & materiæ, quæ offeruntur in materiæ gratiam, inde effrenitent. Quare non refracta materia illa reliquum sit naturæ succumbere tandem oneri ostili, atque obrui. Quam si excitauerimus, atque reuelauerimus suffragijs sibi arrogatis, stabit aduersaria semper morbo, atque indefessè confligens cũ eo, victoriam reportabit, & dies vitales, atque fatales prorogabit. Et profectò in hoc vno virium reparandarum reficiendæ, & profectò in hoc vno consitam esse gloriam Medici, & ægri salutem. In Acutis propterea loco citato Hipp. & Galenus nunquam perniciosum dici morbum, qui à materia sólùm prodeat copiosa, siue sit illa summè incocta, sed quod simul cum tam infensa hac materia teneat, quoque in viribus læsionem imbecillitatis matri contumacitatem dicebat illic Hipp. denotant in Acutie morbosa. Nihil expurgare imbecillitatum virium significat. Nihil moueri naturam, aut compungi ad euacuationem molesti. At verò molesti illud explicat Hipp. per non expuere. Hoc verò alterum per non tussire. Ergo intentio secundi huic perniciosæ erit tanti, vt nesciat magnus noster Senex nisi sola turbinibus. Ergo virium contemplatio in curatione

Acutarum. Virium contemplatio, quàm arduum studium, quàm necessarium? Et Nostratum tamen consultationes arescunt, nunquàm, & nullibi audita vos tam necessarij ad curam Acutarum negotij. Mihi ergo relictum hoc excelsum munus Artis elaborabo solus, multa sed illud primum, quid per vires intelligendum sit faciè alterum, quid deinde sit huic defectui imbecillitatis subsistendũ; interim tertiò expulare videbimus micantia sapientiæ in rebus nobilioribus sapientiæ Hippocraticæ. Quod ad primum, vires per Galenum (nè fraudem concralla, quæ nobilitauere Galenum studiosissimum semper ex Hippocraticis) ingenerantur in nobis, & conseruantur à recta conformatione partium, à proba temperatione earum, ab harmonia earundem. Nihil tamen Aphoristicè Galenus. Quapropter Hippocrates recipiendus, & tanquàm oracula eloquẽs venerandus. Hic nullibi in suis loquitur de complexione, de harmonia, & alijs similibus, quæ non habent partem in Arte Hippocratica, sed suis proprijs principijs fretus, sic procedit. Tria sunt fundamentalia principia nostri corporis contenta, continentia, impetum facientia. Per contenta intelligit humores, Per continentia carnes, Per impetum facientia spiritus. In hoc vnico miranda omnia vitæ humanæ, vnde in libro de carnibus publicauit hunc & Deum, & naturam, & prosperam fortunam, idem sẽtientibus, & Anaxagora, & Moise, hinc miracula spiritus diuina. Cum impetu mouetur, & concitatur intra nos, quia omnia per omnia mouet ad vitæ necessaria: quemadmodum humidum omnia per omnia nutrit. Ambo hæc ergo gubernant in vitæ longæuitatem nutrire, moueri. Igneus hic spiritus Auicennas appellat aromatizationem sanguinis, quem & Anaxagoras in suo igne appellabat mentem. Spiritus idem per Hippocratem, & nascitur, & interit, & reuiuescit. Quare pollicecetur in ijs Hippocrates miranda. Et Acutis sperandum vires nunquàm defecturas, Virium nostrarum author vnus, & reparator. Hic ille Paracelsus, qui sanctiora Hippocratis subfuratus, dicebat hæc de spiritu. In crudum siquidem, & purissimum diuidentes, illi quidem diuidentes, illi quidem adaptant incommoda vitæ, huic autem gratias omnes, ac munera cælestia cognitionem medicationis, prouidentiam, diuinitatis. Tantus Paracelsus in schola Hippocratis. O quantò esset Nostratibus sequi scholam tãti viri, si nolint esse Hipp. consectarij? Spiritum esse natiuam scripsit in Epidemicis Hippocra-

pocrates. Et de hac natura Aphorismauit postea sic *Natura est morborum medicatrix*: & habet adiunctam sibi demonstratiuam rationem, *Inuenit enim sibi vias*. Qua fretus sententia dilatiuè sumi posse, quando in Prognosticis de signis lethalibus loquens, & iudicans dixit, *morietur hic, ni aliquid noui succedat*, sed nunc tempus inuestigandi, ob quas causas imbecillitētur vires. Narrat Auicennas dari secundas causas, alteram alterationem illorum à serenitate in obscuritatem, à tenuitate in crassitiem. Alteram verò extinctionem eorundem. Ipse verò addiderim, & texturae eius debilem. Tribus ergo ijsce peccatis sua singula remedia genere discordia, quamquam forma conueniant, in reformandis spiritalibus ijsce substantijs. Auicennas propterea dedit aromata diuersa, & adscripsit incrassantia, vbi tenuata proderint, & per contrarium. Vinum verò vbi deficeret spiritus. Si interit spiritus, reuiuescit, sique natalia sua sortitur à sanguine. Ergo alimentum suscipit, ergo alteratur, ac permutatur. Neque per mutationem hanc illis necesse est nisi à sanguine, ergo quæcunque sanguinem purificent, purificant, atque solidant. Tales porrò consistere prærogatiuas in alimonijs nemo est, qui dubitare possit. Vnde Hippocrates intentissimus in ijs præcipuè intentionibus librum suum Acutorum non inscripsit quidem de medicinis Acutorum, sed de victu in Acutis, & in suo iureiurando non iurauit se Pharmacum daturum pro summa coniectura, sed victum: eodemque libro de veterum medicina id expressum protulit spem omnem roboris naturæ restare in forma victus. Intentus potissimum in hoc potissimo studio, qui viribus vbique repararet, & in morbis Acutis, vbi tremulæ præcæteris. In victu autem, & alimonia cibus, & potus consistunt soli. Ergo circa hunc cibum, & potum solicitus semper Hippocrates, cibumque illum in sua energia sublimauit sanguinem, & spiritum vindicatorem: qui teneretur illis conditionibus, ac legibus, de quibus in Ptissana. Crassa, sanis lubrica, humectans, sitim sedans, molliens. Potum verò eximium omnium, ac virtutibus vniuersis refertum, tàm purgatorijs, quàm alimentosis vinum prædicauit. Quare ad hunc spiritum recuperandum cibi non dissimiles ptissanæ, & vina ministranda, at ea cum Arte Hippocratica, quæ in Acutis, ea inquam cum conditione primaria sibi perpetua, quod permittamus vnquam vasa vacua fi[e]re, nec vlla quidem die permittamus vasa vacua vsu; & etiam tum

altera

alere, & mensuremus ipsum consuetudini suæ accommodarium. Non debet rursus trascurare omnibus diebus sorbitionibus, & potionibus habeant hæc abiftis dilantibus modum per quem impetat. Et sic vires constant, & Acuta mitescit. Secus, mutata forma victu, concidunt venæ, & spiritus impetum sistitur, vnde & suffocit. Nostrates modò immorantur nevnquam in negotio siue curatiuo, siue consultiuo? Et tamen virium intentionem, non disiuncta materiæ conditione, materiæ peccantis, imò & efferri principem supra ipsam vult ratio, & Hippocratica doctrina, & nihilominus non disiungit. In cunctis indifferenter vexatis vestra maligna, vos porrigitis in alimentum panatellam, & aquam. Cunctis hæc præscribitis primo in morbi exordio, sique per centum dies protrahatur morbus, non fit discessus, & hanc esse ansam Hippocraticam fatebimini? in victu parando Acutis, hoc esse sanctum illud quod iurauit senex, se exactissimam vsurus semper coniecturam in eo constituendo. Per Hipp. ergo vt curam paretis salutarem vestræ malignæ, vt verius studia vestra ineunt in perditionem ægrotantis.

Sed regredi opportunum illuc vbi dicebatur peccata spirituum ob etia tantum incommoda prouenire, vel scilicet ob aliquam alterationem substantiæ, vel à tenuitate in crassitiem, à serenitate in obscuritatem, & incalescentia in frigiditatem, vel ob diminutionem eorum, sine & extinctionem, vel tandem ob texturam debilem suam. Tot peccatis eorum videndum quænam sint assignata remedia, & singula pro necessitate præscribenda. Sic enim progredi in hac contemplatione placuit, & Auicennæ, edoctus tamen ab Hipp, qui vesit vitam, & vires in spiritui optimam constitutionem. Vt recogitent hinc Nostrates quantoperè à dignitate medica secedant, qui nulla præhabita distinctione passionis horum spirituum, apparatus nullus accumulati, nullum fidum præceptorem interrogati, absq; rationibus exauthorati, credentes tandem in fabulis, nihil omnino sapientiæ medicæ possunt emolliti. Vos ergo bolulos Iacinthinos iacturis ægrorum accumulatis? quæ virtus, quæso, in gemmis vnde possint exire ab exsuco à terrestri? & tanta tamen monstruositatis cura adhucperdurat. Non ex Gemmis Theriaca, sed à Diuinis.

Sed quoniam debilitas potest esse varia, & multiplex, quæ propterea, & cogat multiplici cum remedio emandari, ac castigari. Hinc Hippocrates principio omnium species debilitatis proponit, ac

di-

diuidit. Indè monitos nos volens, vt remedia excogitemus aduersus singulas hasce species. Qui enim sufficit ad cognoscendum (vt dixit Hippocrates) is sufficit, & ad sanandum.

Debilitas in ægris febre est impotentia, quæ in principibus virtutibus, animali, vitali, naturali, animalem debilitatem cognouimus à suarum operationum læsione. Vitalis à pulsus concidentia, & paruitate. Naturalis à cruditatibus.

Hæ autem facultates læduntur, & in debilitati per huiusmodi tertius testimonium à quinque rebus, non ab vnica causa.

Prima, à vasorum inanitione.

Secunda, ab irritatione.

Tertia, ob laborem.

Quarta, ab acumine morbi.

Quinta, à specificis conditionibus, siue naturæ, siue habitus ægri.

Et debilitates ergo oportet medicum primùm cognoscere: & deindè scire species earum, vt à qua nam re fiant singulæ, percipiens possit postmodum illis singulis apparare remedium, quo restaurentur, & æger à morte vindicetur; Stantibus enim viribus, & victis debilitatibus, sit qualiscunque morbus per hanc sacram superabitur, ægerque restituetur in salutem. Ita enim loquitur in textu Hippocrates, *quamuis cognitæ salutem, & incognita mortem afferant.*

Demus itaque singularem operam hic nos, vt pateant regulæ cognoscitiuæ singularum specierum, & formæ etiam curatiuæ illarum.

Primam speciem debilitatis statuit Hippocrates eam, quæ fit à vasorum inanitione per vasa ventris omnis corporis. Ita lib. de veterum medicina. Idem Galenus in hoc comm. Per inanitionem intelligit vacuationem succorum suorum, quibus ad suum robur, ac sustentationem solent repleri. Hæc ergo, vt potè sanguinis tali in mensura est venarum assuetus succus, quo consistant, ac vicent, certè eo priuatè concident, ac dilabuntur. Modò ergo ad hoc vt cognoscamus vigeat ne debilitas ab hac succorum priuatione, an ab alia causa, debemus solertissimè coniecturare, & quæ prægressa sint, & quæ adsint significantia huiusmodi succi defectum: Nempè ex prægressis, si superfluæ precessere euacuationes, si inediæ, si vigiliæ, & similia. Ex præsentibus verò, si carnium resolutiones, si vei-

he-

hementiæ morbi pauca damna, si nulli labores, aut dolores. Hac cognita in ægro debilitatis specie, debemus illicò excogitare congruum quod et apponatur remedium. Tale autem videbis in subsequenti textu Hippocratis. Aliud nullum, nisi potus, & sorbitio. ego verò talis sorbitio, quæ affatim, multum, & robustè alat, succumque deperditum reponat qualia sunt Oua sorbilia, Ptissanæ frumentaceæ, quæ magis nutriũt, quàm hordeaceæ per Aristotilem in problematicis: & illud potissimum, quod memoratur ab Auic., expressa pullorum, & catulorum. Nostrates verò in Lactibus pullorum fidentes, & in Restauris, minus multò sapiunt, quoniam sua hæc vel nimitum sibrilia, vel nimium resolubilia non valent alendo, cũ in alimento primùm omnium per Hippocratem, de Ptissana, requiratur viscositas. Sic & Aristotiles in lib. de Alimento, sit dulce, viscosum, multum. Et de Diæta Hipp. & de vino sit proximus vino. Ex sorbitionibus ego pariter vnico in vino soleo confidere supremo nutrientium potum, & confortantium: Hic Hippocrates infrà. Auicennas apertissimè in similibus debilitationibus vino vouit. Galenus de succorum bonitate libro. Aristotiles 30. sectionis primo. Neque alius ex potibus magis nutrit, magis coquit, magis maturat, meliori succo, & purgationi, quàm vinum. Has ob celebres causas, vt vidistis, Hippocrates in principio ferè huius libri, vbi cæpit edere de Ptissana, & ægri cibatione in Acutis, dixit expresè, & absque illa Nostratum cautela circa morbi coctiones. Quod vbi morbus siccus, ex quibuscunque Acutis, ante cibum debeamus dare vinum. Humectans id quidem tunc, Sed & vasa non permittans inaniri cum ibi statuat, Tantum dandum singulo quoque die ex sorbitionibus, quod non permittamus vasa concidere. Fortassè hoc semper statutum velis in curandis Acutis, vt caueamus, ne vnquam cadant ægri in hanc speciem debilitans, est ex illis deplorabilibus: nam hæc extirpat vires: aliæ verò contendunt contra vires. Hæc debilitatis species victoriam morbi necatis iam spiritibus ostentant. Aliæ pugnam tantùm proclamitant.

Secundam speciem debilitatis dicebamus irritationem. Quærendum ergo, quid primum sit irritatio in Acutis. Secundò quomodò cognoscatur, & quomodò reparandum illi sit. Quid sit irritatio, Galenus in commentario non Patefecit sententiam suam. Ego meo marte assero. Irritatio in ægris ob Acutam est quædam motio hu-

E mo-

moris biliosi per corpus, quæ stimulat in euacuationem, neque aliquando cessat, ni absumat succositates omnes, atque humores subtiliores quodcunque appareat. Diuidit Galenus signa humorum facientium hanc debilitatem esse duplicia. Alia euidentia, alia occulta. Euidentia sunt, sanguinis profusio, vomitus, secessus copiosus, sudor effusus. Occulta verò sunt, quod deficiant succi, & carnes, absque manifesta oculis medici prævia euacuatione. Sed quod occultum aliquas per coniecturas traduci in lucem possit, vt potè illa Hippocratis naris acuta, oculi concaui, collapsa tempore. Tertium illud, quod quærebatur, est, quibus cum remedijs huic debilitati ab irritatione reparemus. Hac in re nullus Hippocr., nullus Galenus. Quamquam altissimum hoc sit negotium de debilitatibus, & Artis summa, atque excellentia, vt in textu Hippocrates profitetur. Ego itaque solus, & primus audeo tantum negotium adire. Si accerrimus ardet calor febrilis, vndè absumuntur carnes, & spiritus, atque ob id debilitas, hæc tunc mitigantia, & refrigerantia remedia. potiones nempè adhibendæ, vt potè quæ infrà in febre ardente exponit Hippocrates necessarias, Serum lactis Asinini, & tertio de morbis potiones illas aqueas omnes. Nec secus, & illa, quæ ingessit Hippocrates in hoc libro, vt aquam ex ordeo, ex passulis, & vinaceis passularum, ex piris, ex mirtis. Brodia cum granatis aquas cum succis, & citri succis accidis vinum dulce subtile. In externis etiam partibus, vbi coniectare datum sedere incendia, epithemata vnctiones, irrigationes.

Tertiam speciem debilitatis dicebamus laborem, siue dolorem. Dolor enim sensus est quidam molestus: Labor autem dicitur quædam affectio. Differt tamen affectio laboris ab ea doloris, & à dolore vero, & à labore fit siue à distemperante, siue à distorquente, siue diuidente partem dolentem. Vndè à dolore spirituum languor, ab hocque debilitas virtutis. Differt hæc tamen affectio laboris ab ea irritationis. Quod in dolore fit distentio, fit sectio; adest enim secans distendens, cum in irritatione fiat solùm aliqua suauis titillatio ob materiæ, & nutrimenti desiderium. Studia ergo, quæ reparent huic dolori, atque labori, vera, ac germana sunt, amouere materiam facientem dolorem, siue eam mitigare, atque retundere. Hinc ab Hippocrate, & sectio venæ, purgans medicamentum, & fomenta, & balnea, vnctio. A Nostratibus verò

rò

rò totus labor in frequentibus lenientibus, & brodijs cum herbulis.

Quartam speciem debilitatis scripsit Hippocrates morbi acumẽ. Est autem Acutæ febris acumen, summus morbi vigor. Habent enim febres omnes continuę principium, augumentum, statum, hoc est vltimum acumen, & declinationem. Id verò quia, quæ reguntur à natura, omnia per hos omnes ordines ad finem, vsque in in suum destinatum. Iter enim fit vnum, quodque fit per alterationem ad perfectionem. Tempus ergo acuminis febrilis erit illud vbi videris febrem totam se se eduxisse. In principio siquidem mitis, quoniam febrilis ignis non suas vires omnes ostentare, adhuc infans, & in pauca materia. In augumento, exurgentia cuncta ad grãditatem, occupata ab igne febrili ampliori materia. In statu tandem debellata omnis materia, & in ius ignis febrilis redacta, insultat liberius, insolentior. Debilitatem ergo tunc virium nostrarum euidentem habemus. Hoc modò in virium cum morbo certamine quæritur, quid medico agendum. Huic respondet multis in locis Hippocrates, sed libro tertio de morbis potissimùm, & in Aphorismis. Ex priore illo libro habemus, desistendum tunc esse ab omni opere medico: rationemque reddit propositi, quia nempè posset contingere peccati in remedijs: indè autem in pusillo etiam peccato, in medicum certè criminis culpa. In Aphorismis verò idem repetit, sed non addit aliud, & profectò oracula sunt ipsa demonstrationes. Mihi tamen suppetit aliud desumptum à libro de Arte Hippocratis. Scribit illic vnum ex tribus illis officijs, & primum esse vehementiam morbi sedare. Et quæ maior vehementia, quàm in acumine! Ergo & tunc operandum. Quæ autem sint huiusmodi sedantia. Sunt Cibi, Potiones, Vnctiones, Lotiones. Alere per necessarium semper cum Hipp. præceptis. Potionesque alant, & curent pro ratione humorũ biliosum. Execuis tandem & in remedijs persistere. In cibum ergo expressa pullorum Oua recentia, Ptissana. In potũ Mulsa, Vinum ex passulis, ex Mirthis, ex Piris, Vinum oligophorum. In externis, vnctionibus per vniuersum corpus epithematibus affixis locis nobilioribus, lotionibus crurum, & data occasione etiam capitis, vt mihi successerint felicissimæ curationes morborum pestilentiæ lauando caput. Serum, & Asininum bibitum in

horis medicis, ſanctum præſidium vitium. Operandum ergo ſemper in caſibus dubioribus, quia natura obſidiata ab ijs remedijs Hippocraticis non poteſt non ſuperare morbum. Dabo in lucem, ſi Deo placuerit, victos à morbis poſſe etiam per eaſdem Artes Hippocraticas ſanari.

Quintam ſpeciem debilitatis eſſe dixit Hipp. ac prouenire à ſpecifica natura, & habitu proprio ægri. Iam per ſuperiora notum per naturam recipere nos temperamentum, in quo inhabitat natura. Per habitum verò intelligit conſtructionem aliquam propriam alicuius. In exemplo Picrocolus raro eſt habitus, qui bilem habet repentem naturaliter ad ſuperiora. Talis ſiquidem habitus ægrotantium indiget, vt ſpecifica in curatione, diligentque & obſeruatione, & quod preſenris, eſt propoſitus etiam ſpecificis ſuis in debilitatibus incurrit. Quibus autē ſuis remedijs ſpecificis ſit ſiccurrendum non communibus. Hęc tam facilis cognitio ſpecies debilitatis facile proinde, quæ facile ſanantur. Hæc ſunt in cognoſcendis debilitatum viribus in Acutis, & curatiuis tanti pretij, & prætioſitatis, quæ cognita ſalutem, incognita verò mortem ferant. *Quamuis cognita ſalutem, & mortem ignoratæ ferant*. Hippocratis textualia: Verba altiſſima, & propterea diffuſiſſima, ac ſapientiſſima elucubratione digna. Quæ miror propterea, cur ab Galeni commentarijs non ſint culta attentius, & prolixius: mirorque magis, cur à Noſtratibus non ſint eadem memorata in ſuis conſultationibus ad gloriam ſuā, & ſalutem ęgri. Galenus tamen ſi in ijs non inſeſſit pro dignitate, in ea tamen meruit gloriam, quæ portionem habet cum his debilitatibus. Commentans ſiquidem illud, quod dicebatur de debilitate ex Acumine morbi, inquit, ſi ex temperatura alicuius partis principalis redditur natura, quæ in temperatura redditur, ideo ad ſummum vigorem erecta, ideo expanſa, atque inſignis, quia communicata, & proximis ſuis adhærentibus vicinis, & quia iam totus viſus implantatur occupata. Sic os ventriculi, & cor afficit, ſic cor, & os ventriculi cerebrum. Sic vterus ſeptū tranſuerſum, ijs debemus nos principio occurrere, antequam vlterius eſtendantur. Nam, cudit Galenus, completa hæc; ab omnibus cognoſcuntur, quæ tunc contemnunt remedia tanquam radicata in parte. In principio ergo debent aggredi, & aboleri; Stet itaque per Galenum,

quod

quod morbi Acumen debeat, antequam adſentiat corrigi, mitigando tamen potius, quam euellendo.

Reſtat aliud illud de debilitatibus, quod additur ab eodem Hippocrate libro Acutorum: *Magis enim malum eſt, ſi ob dolorem, & morbi Acumen*, & cætera textus, ſic enim commentari debemus. Debilitatis ſpecies diuerſis ſunt remedijs curandæ. At ſolam debilitatem ab inanitione vaſorum, potionibus, & ſorbitionibus liberatur. Sed & littera textus debet attentè legi. Addit enim potionibus, & ſorbitionibus vocem *Copioſè*. Eodem modo non ſentit poſſe nos ſimplici cibo, ac potu à vaſorum inanitione ſubleuare, ſed cum conditionis *Copioſioris*. In curandis Acutis requiruntur ſemper ingentia remedijs, ſic iubente Hipp. Hæc ſola iuuant, quia ſuperant. Quid ergo mirum, ſi & in alimentatione neceſſaria ſit copia?

Vt nempè ſcias peccatum, & merita ſtare in copia cibi, non ſimplici cibo. Vt pariter hic iterum edifcas, non permittendum vnquam in Acutis ſingulis diebus, vt vaſa inaniantur, ſed in defectu eius copia ſtare virtutes eius. Præterea dare cibum copioſiorem debilitato potionis, ac ſorbitionis ob multitionem vaſorum, Id appellauit Hippocr. non amplius malum, ſed indecorum, vt hinc ſcias, maius malum afferre copioſior ſorbitio, & potus, in debilitatum ſpeciebus alijs à vaſorum inanitione, quàm non dare cibum hunc copioſiorem egentibus, hoc eſt inanitis. Id verò fortaſſe, quia cibus copioſior, vbi Acutus eſt morbus, poſſit augere febrem, & impedire progreſſum ad ſalutem: idem verò copioſior cibus deficiens, vbi tantùm adeſt debilitas, non poſſit niſi augere debilitatem, & retardare, non extorquere nobis ſalutem. Vbi tamen nunquam obliuiſcaris loqui hic de copioſiore cibo Hippoc. non autem de cibo ſimpliciter. Cibus ſiquidem neceſſarius ſemper ad vitam, & illi qui eſt quotidianus, qui non permittit vaſa vlla die inaniri. Sed cibus ille, qui auget vites, hic quidem debet eſſe illo copioſior. In Acumine autem copia cibi impedit, quominùs contra morbum natura liberè pugnet, nouo illi impoſito onere cibi. In inanitione autem ſenſim, & lentè cibus conſeruans gradum illum virium, producit non quidem morbum, ſed languorem. Quare non tantum damni affert, ſed potius adſciuit medico ignominiam, qui poſſit liberare ægrum à languoribus, & nihilominus illum frangat, ac lentè perdat.

Pollicetur Hippoc. post hæc scripturus se singula signa, ex quibus lucidius patescant studia hæc specierum debilitatis virium. Vtinam haberemus talem librum Hippocraticum. Reliquum enim est mihi, vt inuocem litteratum aliquem, quod sonent sapientissimum sustentet.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS.



Onsentaneum est, ac necessarium, vt alia quoque à dictis de maligna vocemus ad hæc loca. Nam si de nomine, & de significatu eius, & de essentia maligni dictum est diligenter, & sufficienter, non possumus in perfectionem totius huius negotij peruenire, nisi & in vltima eius parte steterimus, & vigilauerimus contemplando. Est autem vltima particula, de remedijs malignarum.

Sunt ergo hæc cuncta subscripta.

Vesicantia.
Sirupi ex herbulis.
Cordialia in bolulis plena gemmis.
Alexipharmaca.
Aqua Saxoniæ.
Sudatoria ex Bezoar.
Ex Corno Cerui.
Ex Porco spini.
Spiritus Vitrioli.
Cremor Tartari.
Aquæ ex Nocera.
Scorzonera.
Elixir vitæ:
Restaurum ex Carnibus.
Aqua ex succi Acetosæ, Boraginis, Endiuiæ.
Detrahunt sanguinem, & modum eorum.
De victu aliud vnquam.

De Vesicantibus.
Caput I.

VEsicans dicitur à vesica, quam inducit in ea partis carne, vbi imbustus est. Compositio sua pasta composita, & formata ex

cantaridibus, Ablato caustico, plaga. O Dij boni! Quid dicant seniores, Antiquiores, Hipp. de Vesicantibus, Galenus, Auicennas, audi. Galenus ex mente Oribasij de quibusdam sibi ignotis rubificantibus positis in artubus manus promittebat sibi nihil, & postergauit contemplationem. Auicennas eo in capite, vbi agit de letargo, inquit (narratis prius, & nuntiatis reuulsionum remedijs) dixit inquam, *Sed caue à plagis*. At Hippocrates quàm liberius loquitur in Epidemicis. Caue à plagis, nam & inflammatio loci per eas, & conuulsio excitantur. Hipp. Numen Medicinæ tantum oraculum. Rebelles hodierni tantum peccatum contra Numen? Cantarides venenum, nec contendere de tonsura, siue pedum, siue capitis, nam fieri nequit, quin non sit venenum, si credimus Galeno. Quid dicitis? In lib. de Affectionibus repetuit Hipp. Non esse addendum afflictiones afflictis. Per omnia volumina sua Hipp. imperat in medicando suauitatem vbique affectandam. Quæ dici possent in gratiam horum de reuulsionibus, & abscessionibus, lubens, & sciens. Garritionibus siquidem intumesceret nimium volumen. Sufficiat pro cunctis audiuisse oraculum Hippocratis.

De Sirupis ex Herbulis. Cap. II.

MOs Nostratum in curanda maligna est quàm sæpissimè, & diù, & noctù potandum dare brodia, in quibus ebullierint Cichorea, Sonchus, Agrimonia, Acetosa, & similia alia huiusmodi. Si quæ destinantur medicamenta, ius vult Hippocraticum, & à futura superioritate donata supra morbum, quæ dici solet ingentis profectus, Quomodò ergo accommodatis animas vestras vilissimis istis herbulis, nec erubescatis in functionibus Philosophicis nugari? In Oximelle, in Mulsa, à quibus & apertio, & sublatio, & moderatio sitis sentitur. Auicennas fabricam Acetosi sirupi quibus laudibus non affecit? Mirum, quod tam durum sit nobis imitari Hippocratem, saltem Auicennæ obsequium vestrum dare, & in ingentiam requirit Senex ingentiam aperire, lauare, humectare, recreare nisi Acetum, Mel, Vinum, & cum ijs multoties aqua. Hæc proficiunt, Hipp. proles inepta autem, & ridicula in manibus Medicorum.

De Cordialibus Nostratum. Cap. III.

SVpponunt Nostrates, quod in cura malignæ ad confortandum corda debeamus confugere ad cordialia, quia indè vigeant spiritus, & coctiones perficiantur, vndè salus. At quã longinqua vestra hæc sit opinio attendatis ab authoritate Auicennæ. Vos componitis quasdam pastas, quas infarcitis cum gemmis prætiosis, Margaritis, Perlis, Saphiris, cum Croco, radice Pentaphilonis, Scordeo cretico, seminibusque alijs. Diuitem quidem medicinam, sed ambagibus plenam, non dominosam salutis. Adite Auicennam, libellum suum legito; occurrent enim oculis vestris verba hæc, quod peccata spirituum aliàs sunt incrassationes, aliàs rarefactiones, aliàs tenuitatis, & paucitatis ipsorum. At quomodò potestis bolum huius vestræ confectionis indifferenter vnicuique dare, si varia insunt in spiritu varia? Præterea quæ, quæso, bona possunt inferre nostro cordi gemmæ, insensibile quid terrestre, cœnosum. Ridicula fuere hæc viatori Apolloni Thianæi sapientis Insignis, dicentis Principes, & Monarcas non viuere amplius, quàm è plebe viros, cum in defectu gemmarum viuant, illi verò immersi in gemmis. Hipp. in lib. de Aere, Aquis, & Locis existimat venenum illud vinum, quod nascitur supra mineram Auri. Miscetis, vt dixi, to[illegible] in hac compositione, vt mihi exprobratis Hippocratico vinum.

De Alexipharmacis Nostratum. Capur IV.

ALexiteria dicuntur quædam rerum substantiæ, quæ nascitur contrariæ venenis. Tales sunt Vipera, Allium, Theriaca. Quæ ergo non darentur à Nostratibus certiores esse veluti proposuere vbi de sua putredine malignæ? Supposito itaq. quod subsit in corpore venenum, dant remedium. Probabit tamen ego, non dari venenum cui sit hospitium intra corpus nostrum.

De

De Aquis Sudoriis Nostratum.
Caput V.

Loquor de Aqua tam Sudorifica, quam de alijs fabricatis ad similitudinem eius. Cordiales has appellant. Quibus verò morbi consilijs, machinari sint optimum dare in Acutis illa, quæ facultate polleant tollendi suam illam, quæ inimius subsit, & ebulliat putredinem excellentem. Quare exhibent huiusmodi aquam, sed intentio isthæc non est sana, quum non detur excellentia in putredine, neque nisi Vanitas in aquæ compositione, neque registrata hæc intentio curatiua in libr. de Humoribus Hippocratico, vbi passiones quæque numerantur humorum, neque tamen vlla occurrit ratione cordialitatem. Auicennas incæpit nescio quid de hac cordialitate: Sed idem paulò intra concedens eueniret, existimans inter nugas versatum. Vnde, inter curationes feruentium febrium non audita vox cordialis. Neque ex Latinis Antiquioribus, vt Galenus, & cæteri, aliique famosi Medici expressere. Vana ergo medicamenta agendi non in curatiua detinentia, sed in adhibitione.

De Sudatorijs ex Bezoar Nostratum.
Caput VI.

Qvicquid sit Bezoar omnibus notum, & tonsoribus etiam. Huic attribuunt binas facultates. Alteram Alexiteriam. Alteram Sudorificam: Quòd ad Alexiteriam iam supra conclusum, quod non generentur venena in corpore humano; vnde & Bezoar sub hoc titulo datum, superfluum, & tamen remedium vestris malignis. Quòd verò ad sudorificam virtutem, en quæ iudicem de Bezoare. Si certa eius est facultas quod moueat sudorem, semper vtique datum ægro mouebit, sed datum non mouet. Ergo inutile saluti omnibus temporibus. Quod si obijceris, aliquando visum, post ingestum eius sudasse ægrum: hoc quidem aliquando cum denotet accidentalitatem,

de-

denotat simul remedij incertitudinem. Præterea sudor non semper proficuus, sed solum illis fundamentis cocta materiæ febrilis, vt ab obseruationibus epidemicis Hippocratis perspectum sit. Præterea temperamenti alicuius, & habitus quidam apti, vt practicamur sudando. In epidemicis lege, quàm fallaces sint sudationes, quamquàm erumperint & malæ. Lassitudinem inducit mox, liquitudinem, & languorem. Videas, quantum Teophrastus, & Helmont sint ridiculi, circumlatores, qui pollicentur secum suis secretis liberare cum vnica sudatione grandes omnes febres. Id prolatum ex ore emanat grossorum hominum, non ex sapientibus Medicis, & obseruationibus naturæ. Non Medici ergo illi, sed mendici naturæ. Neque sanatores febrium, sed Parricidæ ægrotantium.

De Sudatorijs ex Porci spini ex Nostratibus.
Caput VII.

Eadem accommodari debent huic loco, quæ diximus supra de Bezoare. Imò, quamquàm videantur ambo vnius minoris vnionem, tamen sit opus desideratione vlteriori. Sed cadit spes vestra, cum Bezoar cogitaueritnus esse antiquum, Porci spinum sit inuentum, & inuentum modernum. Id sufficiet ad attestandum, quàm indecens vnum discordare ab altero, & tàm primum, quàm secundum esse nugas.

De Sudatorio ex Cornu Ceruí Nostratum.
Caput VIII.

Meditati sunt, qui jam & in Cornu stare virtutem mouendi sudoris, ridicula certè studia. Ego crederem exsiccare potius cornua, & perforare, quàm sudorem perfundere. Neque certè Dioscorides, si certè recordor, locutus est mibi diuersa

De

De Spiritu Vitrioli Nostratum.
Caput IX.

Spiritum Vitrioli quisquis degustauerit, sentiet esse acrem, non autem acidum. Et quemadmodum acredo, eius nascitur à Vitrioli minera, ideo impossibile est spiritum contraxisse inde aciditatem, cum sit eratis cuique pateat acris. Si acris, feriens, & vlcerans. Ergo non sedans, sed perforans, non extinguens sitim, sed suscitans incendia in vestris mal gnis, vbi non ingentia illa, sed cuncta maligna.

De Aqua ex Nocera Nostratum.
Caput X.

Introduxere quidam ex Nostratibus in remedium suarum malignarum Aquā Noceranam; eamque & quod ad tempus bibendi in febribus Acutis, & quod ad mensuram præscriptam, & quantitatem, libitum, & tempus, sine opportunitatem omnis horæ diei, & noctis. Axioma notissimum, damnosissimum, oppositumque directo menti Hippocratis, Galeno Principi vestro. Auertit huiusmodi potus à via medica. Temere præscriptus, quia neque inhæret experientiæ, neque authoritati alicuius ex senioribus. Hippocrates in Acutis scripsit, Aquam nullam continere in se virtutem ad sanandas Acutas; imò & quot sint cætera eius maxima peccata præiudicialia saluti, langius exagerat, vt tute ipse potes videre in textu. Galenus si laudauit eius potum, conditiones tamen subdit plures; Temperamentum corporis validum, viscera sana, maturitas humorum. In ardentibus copiosam, sed sine suis legibus. Hippocrates 3. de morbis si dat aquam in ardoribus febrilibus, nec vnam tamen illam ingenuam, sed omnes pro proposito, suis cum ingredientibus, aliàs apium, aliàs oui, aliàs cum vino aromatico. Vide tu cętera eius libri, sed dicunt Nostrates, hanc suam aquam non esse simplicem, sed deportare à minera gratias suas, & virtutes præter refrigerationem. Et in extollenda alia, aiunt, aromatizitatem

tem aquæ, quam delibat ab argentea vena, & reliqua, quæ referunt referendarij Medici Nocetianotum. Hipp. in lib. de Aere, Aquis, & Locis suspectum habet aurum, supra cuius mineram incubent cerealia; illa enim in vicem iuuandi, occidunt. Quid verò dicendum sit de argento, vnus vides. Cautio in arte, non in Nostratum, sed in Hippocratica tantum.

De Aquis stillatitijs Nostratum.
Caput XI.

MAximè confidunt in stillatis aquis feruescente febre Nostrates. Sunt hæ siue Endiuiæ, siue Acetosæ, siue Cichoreæ, siue Boraginis, & similium aliarum. Ex aqua scilicet refrigerationem expectant. Ab illis sue commixtis, vlteriorem quidem refrigerationem. Tales per me potiones imitantur illas nihilque potabiles ardentibus tanquam exemplaria aliarũ numerantur 3. de morbis ab Hippocrate. Aqua illatum est ingenua, sed quæ maduerant in ex efficacis virtutis, vt omnia volunt remedia Hippocratica. Consonum ergo crede à potu harum maximos semper extitisse effectus salutares. Vos verò Domini aquam per elambicationem amittens ingenuitatem suam non amplius refrigerat. Illa verò ingredientia vestra nihil saporis conseruant, quod leges dabitis credulas, quod edant insignes effectus, vt optat Acuta affectio. Deponant Pharmacopolæ vestri marmoreas suas inuentiones externas, quas si reseras interius nihil est, & vacuitas, vobis docentibus, quibus obseruiunt.

De Aqua ex Scorzonera Nostratum.
Caput XII.

SI aliquid boni concurrit in medicatione sua, certè illud est Scorzonera. Verùm, non eo modo, quo exhibent illi, sed eo quod soleo ipse exhibere. Illi quidem dant illam destillatam, ebullitam prius in aqua, & postmodum ab elambico collectam. Hanc si prælibaueris exortem, & nudam omnibus saporibus com-

præhendes, vnde & inutilem tuis studijs. Ego, qui obseruaui hunc euentum fortunæ Scorzoneræ, contemplatus causam huius facti, radicem attentiùs degustaui, & sentiens illam suauissimi saporis, statim appræhendi, non esse illam quidem distillandam, tantùm decoquendam, & obseruari, hac cum arte datam mirabiles effectus salutis edidisse. Est enim Bezoar ex Aromatis excellentissimum. Quare & discutit excrementa, & flatus, & roborat spiritus, & vniuersum corpus aromatizans, quemadmodum Theriaca, & reuiuiscere facit.

De Sero Depurato Nostratum. Caput XIII.

POst potabilia extremum per me habet locum Serum Depuratum Nostratum familiarissimum, & frequentissimum, datum semper abilis in malignas suas fugandas. Habet quidem hoc à lacte originem, sed seruat plurimum nitrositatis. Quare qui tale dat Serum in Acutis per Hippocrat., quia irritat inflammationes hepatis, & hoc nomine incēdit magis, vndè & enecat Hippocrates multus in hoc negotio, tùm in lib. Acutorū, tum in eodē internis affectionibus In priori de Asinino. In altero Sero, & Ouiū, & Caprinum, & Bublum. Illud primum Asinæ facile est coniectare dedisse eum in ardentibus ad mitigandam bilem, & subleuandam. At illud vltimum datum ad subpurgandum, & demulliendum, & ad sitim, & ariditatem compescendas. Vndè cōcludendum facile, huiusmodi remedium esse amicum Hippocratis. Quare nec damnandum in manibus Nostratum. Sed quia diximus dari Seri duo depurati, & idem contrariæ naturæ per Hippocratē. Alterum quod subpurgat, & iuuat ob suam nitrositatem subpurgando, hoc post datum purgans quisquilia, & inquinamenta reliqua masse extrahendo. Alterum datur depuratum, & ipsum quod datum siue post medicamentum, siue solum, siue post aliud remedium, in Acutis per Hipp. interficit: nam irritat Hepar ob infestum nitrositatis, vndè incendit, atque inflammat. Considerandum itaque quod duplicia sint corpora, quibus propinantur serum depuratum. Alia infebricitantia, vt lib. de Int. affect. Hippocratis: ijs quidem

dem est semper salutare ob rationem dictam. Alia febricitantia, acuta, vt de victu acutorum loquitur Hippoc., & ijs tale Serum est hostile, & mortiferum, & tamen hodierna in medicina in obscuro versantes mente, & ex leges disciplinæ Hippocraticæ. Ideo profundunt per omnes ægros scelestissimum Serum. Tanti, tamque crudelis scandali causa est non nutriri è laticæ doctrinæ numinis, & oraculorum Hippocratis.

De Victu forma malignarum hoc est de Restauro pro Cibo. Caput XIV.

Restaurum est quiddam vltrà expressum Antiquorum Caponum, siquidem vltima oleosa colligunt, & hæc in brodio per cocleariā mixta ebibuntur in cibum ægrotantis acuta. Aereum illud, & vanidum pro alimento sumi posse videt, nam nec adhæret, nec moratur. Vndè vides, quæ de victu malignantis dici possint. Hippoc. in Acutis, primam conditionem sorbitionis alimentosę posuit viscositatem eius. Ergo nihil alimentosi habet Restaurum. Præter viscositatem, & alia in textu memorantur, vt suauitatis, continuitatis, & reliqua textus, quæ non videntur in Restauro. Vndè vsus eius in vestris malignis nihil prorsus præstando, dum vos implorat famelicus, & moriens æger, vos incompotes animi aufugitis ab eius præsentia. Per hoc non possunt repleri vasa. Neque quæ inuitant conseruationem, conseruantur à Restauro, neque quæ auctionem petunt, augent, neque diminuenda imminuūt. Ergo ad nulla prouidum Restaurum, & committitis nullitati tantum opus medicinæ? ò cæcitas, ò vanitas?

De Potu Stillati Nostratum. Caput XV.

Victus febricitantium suę malignitati diuiditur in illū ex sorbitionibus, & illum alterum ex potionibus. De sorbitionibus diximus abundè, de potionibus restat dicendum: Ista ergo potant potiones suis febricitantibus: Pullum in

aqua

De extrahentibus à corpore medicamentis materias febriles per Nostrates. Caput XVII.

NOtum cuique est ex medicis, febres prouenire in homine à commotione, & confusione humorum intra nos. Magna siue & Parua confusio diuidunt de magnitudine, & tenuitate eorum. Norint hic & studia curatiuæ cõtineri, & escrementa horum Humorum incommoda separari à corpore, esse medici officia: cum illis tamen Artibus, quæ libtoillo de Humoribus refert Galenica non sint, non enim profundat adeo suis in arcanis omnibus curandi, hancq. tantam ille methodus, vt intentiones Hippocratis materiam negotij complectitur. Nos itaque cum nec de huiusmodi materia in præsentia discurramus. Quæ materias expurgant infestas, diximus alias per lenitiones, quorum remedia, & lenitiua dicuntur. Alias per purgatiua, siue eradicatiua. Illa quidem, quæ dicuntur escrementa morbosa febrilia, in totũ tollere, & ex immo euellere. In lenitiuis Nostrates æterni. In lenitiua Hipp. vbi vires nõ sufficiant ægri. Sed lenitiua Nostrates semper Cassia, Manna. Hipp. Clister, Suppositoria. In casibus verò minoris, timoris dũ Nostrates, imò Hipp. in Acutis ait, id facere secũ brodijs, in quibus ebullierint radices Ellebori nigri. Vt discas ex eo pro nihilo admisisse solã simplicem lenitionem in Acutis, sed & voluisse aliqualem expurgationem. Cæterum & addidit in Acutis, non posse ad coctionem fieri progressum, nisi paulatim quædam per ipsos sirupos extraherentur profundiora, & corruptiora. Vndè diuertunt à tanta hac intentione Hippocratica, qui velit expurgationem per purgantia etiã in medio decursu, & circuitu morbi. Vos verò hoc tempore non datis nisi mollia, Olera nempè & Cassiam, & Senuam. Crises propterea eo tempore visebantur: quia sæpius purgabatur, & natura inde per dies debitos ordines exprimebat. Arabes propterea hac edocti doctrina diuiserunt medicamenta extrudentia à corpore materiam infestam, lenientia simpliciter, purgantiaque simpliciter. In horum tamen medio collocauere tertium quid diuisum ab extremis. Suntq. hæc medicamenta ea, quæ ab ijsdem Arabibus dicuntur Benedicta. Agaricus, Aloe, Mirabulani, Reubarbarum, Senna, Succus Ebulorũ,

& similia, vt potissimùm Hieram, sicut & Elleborus, & Granū Cnidium, & Scamonea, Elaterium, Mezereū, Coloquintida, Tetrapharmacum correcta, & ad illa possiunt referri. Tertij ordinis sunt pharmaca, iuuantia insigniter, & nullo vnquam tempore lædentia. Nostrates inscij certitudinis maxima mala cum leuissimis remedijs; Vndè non mirum, si morimur per manus Artetarum, Medicorum subtractu; Vndè neque per hoc sufficientes in suis studijs, medici merent nomine; Neq. ob defectum medicinæ permittere ægrum perdi. Hæc doctrinæ medici studia ad certam salutem. Alij quia de dictis elegerunt solum lenitionem, hinc vereor nè perducant longius multum à salute ægrum, hoc est in sepulchrum.

Nunc quædam alia præ manibus sumenda, quæ dabunt notitiam ampliorem, ac notiorem curationis Acutarum. Est verò hoc dignū scitu, ac necessarium, quod dantur duo genera febrium Acutarum: Febris alterum nudum à passionibus alicuius ex visceribus nostris in solis materiebus febrilibus stantis. Alterum Acutæ eius, cuius stet coniuncta aliqua passio corporis ægrotantis. Id res quidem grandis per Hippocratem, quæ si sola ex priori forma febricitat, neque medicus versari in alto valet expurgans cum illis speciebus, medicamentorum, quæ supra numerauimus, vt lenientium, siue purgantium, siue semipurgantium. Si verò Passio addatur Acutæ, euidentia de febri dier grandiora, & grauiora, in respectu ad gradus partis nobiliores. Cuius leges sempiternæ sunt illis primò destinatæ. Vt non incuriam, in febrem vt febris, sed in febrem vt inflammata aliqua nobili parte intimi nostrum. Id enim obligat Medicum Hippocraticū ad prouisiones prius horum accidentium, quàm nudæ febris. Prouisio autem recensetur vnica ab Hippocrate, Nempè vt antequā *Firmentur omnia* nos debeamus accurrere. In inflammationes scilicet aggregandas accurrit fluxio materiæ morbificæ, quæ suffocans soluit vitam. Remedium ergo docet esse euacuare, & euellere antequam peruenerit materia morbosa in partem. Pro exemplo subseruiat nobis Hipp. in Acutis, qui Pleuritide statim purgatum Elleboro, si signa descensus prodantur, sin minus Phlebotomia, si superiora scandant. Sic & in cæteris fluxionibus faciendum, & illis quoq. Podagricis, & caput tenditur; sanatur enim, & ad sanitatē reuertimur. Sed cauendum in opportunitate; Nam præcessi remedium assignatum antequam precesserit fluxio, siue antequàm fermata otu

nia.

nia. Opportunis tunc tentus, & præsentia salutis. Hæc vidit Galenus in libris de Crisibus. Rasis in ingressu ad febres. At hi nihil locuti de remedio insigni aduersus hæc; ideò relinquere Hippocrati altam laudem beneficij sui inuenta Arte recuperādi ægri in tantis suis terroribus per purgationem, & venæ secationem. Quærendum & vltimò si peruenerint istiusmodi materiæ nuper ad locum affectum, est nè possibile, vt amplius reclamentur? Respondeo, illuc semper extendi, donec non sint penitus confirmata: eo enim in casu, nec conculcata, nec adusta introducta obstructionem in vasis, nec malam respirationem. Si audiuissent hæc documenta Hodierni, plures sanassent, qui periere.

Alia insuper memoranda sunt de victus ratione, abutenda in regimine ægrorum. Duo siquidem sunt necessaria. Alterum vt proponamus id, quod totum morbi iter, non parti competat. Alterum vt victus ratio conficetur per sorbitiones & potiones. Sorbitionis exempla Ptisanę tam Hordei, quam Frumenti, siue expressa Carnea Vituli lacticiniorum dissoluta in brodio, & similia permulta, quæ leguntur in libris de diæta. Potionis etiam, quod sensit de regimine, vinum. Hæc bina sentis præstantia remedia Acutorum. Hodierni tamen Medici quantùm distent à sene videas. Pro Ptisana, & ea multa, brodia porrigunt, & restaurum, in quo totum illud tempus à principio ad vltimum vsque periodum trahunt languentes. Vult Hippocrates, vbi de Acutis, prima die decubitus cibandos esse ægrotos per Ptisanam, & vinum, quia in ijs accumulata omnia roborandas vires, & in principio aggressus, & in exitu eius. Hodie consilij tātu non sentimus auditores, sed osores. Scribit enim Hippocrates in Acutis, *Cibus, & potus sit tantus ægro apponendus, vt nulla, nulla vnquam die sient exinanita, secus si feceris, concident ea, & suffocabitur spiritus.* Vos ergo quid expectatis à vestro restauro?

De Sanguinis per venas extractione remedium quale habeatur à Nostratibus, & quale ab Hippocrate.

IN hoc etiam summo negotio curatiuæ Acutarum vide, & considera quàm grandi in errore versentur Nostrates. Omitto eos qui pro sectione venæ brachij assumunt ventosas. Omitto qui An-

Hemorroidas. Omitto qui Coxendicas, & Pedales. Omitto qui venas manus quidem exleges omnes, nihil Periti curando proponunt sibi antè oculos. Vnde nec ægri per has fallacias. Effugit ab eorum cognitione edictum Hippocratis sedere materiam Acutarum in imo pectoris. Nesciunt Febrem ardentem, & suam malignam morbum pectoris: quia stat præceptum Hippocratis in Acutis, dicentis morbos Acutos esse morbos pectoris. Norint primum istud si sapere optant. Deinde meditentur suum hæc alia cum Præceptore. Si flammas hasce Acutæ permisetimus impinguere in viscerum aliquod suffocabimur quàm citissimè. Pro flammis verò intelligas bilem acerrimam. In hoc statu rerū docet Hippoc. nobis ad sectionē venæ brachij dextri, antequam firmentur omnia (quæ sunt verba ipsissima Hippocratis) & educēda illic multitudo sanguinis. Hæc autem opera per verba textus hæc bona ad salutē ad portāt, quod talis vena, & sectio ea tria operetur. Primum vt multum materiæ infestæ deducat. Secundo quod ex alto extrahit; Tertio quod id citò operatur. Ex nulla autē alia sanguinis emissione verificari posse aliquid de ijs conditionibus applicatis sectione venæ brachij. Multa fit per cubiti venas emissio sanguinis, quia tectę ibi venæ & amplæ. Citò, quia proximæ, nec adhuc fluentes, aut firmatæ, aut quia breue iter ad intrà, & foris. Ex alto, quoniam ex pectore: sed dices. Fortasse non inuenimus sæpius permittentia talem euacuationem absentia. Nam illa post morbum Acutū, quæ dispenset robur virium, atque ętas florens, Tūc subdo ego quod opportunum est extrahere: obuiabimus enim in vires validias, & ætas florebit quæ Acuta ardet, quàm rarissimè in alia ætate. Non ergo fidas eius ventosis, aut sanguisugis, quia istud quid, pro quo non stat vnquam in iusta statera, cum suo principali. Neque obsequaris Auicennæ facili Medico, nam Hippoc. quē adorat Auicennas proferens de eo, quod si visibilis natura posset aliquid de suis passionibus renuntiare, fidem præstaret Oraculis potius Hippocratis, quā vocibus naturæ. Quare quamquam vera sint dicta Auicennæ, nihilominus necesse est, concedat illi in hoc quid pro quo, quod iubens Hipp. lib. de Dec. ornatu ingenuitatem suis discipulis, nec potes admittere de quid pro quo.

Si quid pro quo esset vnum quid traherent ventosæ ab alto, quæ non trahunt nisi à venulis. Non trahunt multum, & crassium sanguinis, vt sententia fert Hippocratis, sed paucum semper. Non possunt

ſunt præſtare citam opem, vt vult per venam ſectam cucurbitulæ. Ergo quid pro quo verba ſunt mendacia non medica. Apertura venarum ab hemoroidibus per hirundines facta neque & ipſa talis eſt, quod habeat aliquid in ſe ex illis tribus conditionibus ſectionis venæ ſubitus. Nec enim ab alto pectoris trahit, neque citò, neque multum. Ab alto quidem non trahit, quia per præceptum Hippocratis in libro de Humoribus, quæ aperiuntur emoroides, illæ quidem poſſunt natura id alicui donante per longa interſtitia temporis, non autem breui, vt requirit Acuitas, & dierum decretantium arcana. Neque ſecundo citò operatur opus euacuationis, quia ibi non ampla tantoperè venarum cana, nec tam plana, ſed tortuoſa. Reſtat vt de multa quæramus in hirundinatione, an multum ſi detur ſanguis ab eis per artem, quod non experimur tamen citum, quare peccans. Quod tertio ſpectat ad venas ſecandas in pedibus, hæc habet illas eaſdem difficultates, quas propoſui de hemoroidibus. Hic ſuccedit memorandum de venæ ſectione à Poplite. Hæc mirabilis in doloribus Iſchiæ, quia habet eaſdem prorſus conditiones, quas habent venæ brachij ad tollendum mala Acutorum. Multùm ſcilicet vacuandi humoris infeſti, & ex Alto loci, & Citò, quia ſicuti euacuatio eſt vicinorum, ita & remedia euadunt inſignia. Aloco ergo ſemper proximo continente cauſam facienda ſemper ſectio. Vlcera etiam vulnera medicantur apponendo loco affecta medicamenta ſua propria. Idem euenire in morbis capitis, vt doloribus, inflammationibus, & neruoſum paſſionibus, quod ſi torqueatur per Hippocratis documenta ſi ſanguinem euocauerimus per nares, vt mihi multoties contingit præſcribere, & vidi illicò ab horum vſu morbum profligatum. Obſeruauit primus, deditque oraculum quod in febribus ardentibus, & Phrenitide effuſio à naribus ſanguinis, decernat repentè decretoria. Nec video tamen vnquam operari id Noſtrates, ſed ſemper reuulſioni incumbere in loca longinqua à loco patiente, & incompetentia. Debemus quoque alia patefacere ſpectantia ad ſectionem venæ frontis. Hippocrates in Aphoriſmis contexuit illud, & commendat laudabiliſſimum doloribus capitis. Ego qui in ſæpiſſimè abutor hoc remedio, & miracula collegi. Et quamquàm obijcere poſſent alij dictum eſſe Aphoriſmi, nil vetat tamen, quod de reliquis etiam doloribus non concludat, quod comprobat experimentum. Nullum tamen vidi ex hodiernis Medicis,

qui

qui ausit præscribere tam insigne remedium, vt fateantur, non erigi posse extrà vulgum sua ingenia. Et aliæ item venæ approximantur capiti in quemquàm & secabant Antiqui, vt legimus in libr. de sectionibus venarum apud Rasim, Auicennam, & Hippocratem, in libro de Locis in Homine, & in libris de Aere, & Aquæ, & Locis. Duo quoque restant consideranda, de hac sectione venarum de sectione earum in manu. Alterum de mensura paruula, & insensibilis aliquando sanguinis.

De sectione, quam dicunt saluatellæ, non vllum vidi, qui specularetur huiusmodi materiam, semel tantùm perlegendo Auicennam, vbi de obstructione Lienis ait, remediũ tale huiusmodi sanare momentò, si per miseris defluxum, donec spontè cesset, & abscindatur. O miranda medicinæ! Crediderim ego in præsenti æuo tantum affectum plebotomandi manuum nascatur ab abdito Auicennæ, vndè Nostrates in hoc insaniunt: quare & semper expectare se dicunt aperitionem viarum, si in dextro Hepatis, si verò in sinistro Lienis. Sed Auicennas tunc fortè quando scribebat interrogans desundere ait à Testimonio quorundam Medicorum Indorum. Maxima certè Authoritas tantorum Hominum, qui vnam solam de sua medicina publicantes sententiam resonantem strepitiunculum, ceciderit tamen in manus Nostratum, docens nil aliud quidem, quàm adulationem, prolem ignorantiæ. Percurras quos velis, & Græcos, & Arabas, & Latinos, nullibi inuenies fieri mentionem huius sectionis manus. Profectò adeo neglectus per cũcta sæcula, signũ inualiditatis neglectus. Vos verò tã frequentes in hac vanitate audetis in vestris cõsultationibus cõparare manum cum cubito, celebratum cũ ignoto, magnam venam cum paruula, vicinum locum loco patienti cũ longinquo abeo. Facetèque id non permittatur ab Hippocrate, neque à vestro Galeno, neq. à sapientissimo Auicenna, qui non attentauit reddere rationem huius vanissimi misterij conquiescens in sola authoritate Indorum Medicorum obscuri homines quod ad medicinam. Qui sapit hæc nullam habeat confidentiam in tali prouisione neglecta ab Auicẽna, & ab Antiquioribus suis, vt Auenzoare, Serapione, Auerroe, & similibus per præterita sæcula, inaudita, per Nostrates ad risum in consultationes introducta, inualida vbicunq; & inusa omnibus. Modò opportunum illud, & alterum, hoc est ponderare mensuram sanguinis euacuandi, quamquam vno verbo

velit

velit Hippocrates vnicam, hoc est *multum*, & multò enim magis demitur materiæ morbosæ multum: vndè sanitas à multitudine maior, quàm à celeritate, & profunditate requisita, vt cognouistis ad sanguinis emissionem in vestris malignis. Multum destruit cursum in inflammationem ædificandam, mollit morbum. Verum Nostrates improuidi tantarum rerum, de pondere, & mensura garriũt. Nam de vnciolis disputant consultando, & de loco, vt aggrauent peccatum. De vnciolis, quia de vnica vnciola, de duabus, de tertia, rarò consensus, & si vltrà, disputatio aspera, ac tumultus loquentiũ. Interimque dum garriunt, nõ tamen vnquam sein serijs adducunt, ægrum verò & deludi, & decipi. Hæc quod ad mensuram, oblin siquidem sunt multitudinis in morbis Acutis designatę, ac desiderate Hic si intrat & locus, certè consultatio impropria, quia nullus datur in nostro corpore locus, qui multitudini accommodetur sublato subito. Disputare ergo de ijs in Nostratum contentionibus sunt ludi pueriles non conferentes ægro, neque dignitati medicæ.

Sequere tu Amice Mile, iter tuum laboriosum, sed gloriosum, & per tot annos perpetuatum. In cuius termino æqualitatem illam ab Hippocrate pollicitationibus ostentationem beatitudinis cũ Deo *Medicus sapiens similis Deo*; Ego quæ per noctem tibi soli offero. Amicitia siquidem nostra dedit mihi securitatem, qui primissimum numerarem inter Hippocraticos; si tamen qui sint alij. Cæteri extrà nos deprehendent fortasse à vero gaudium, vt sapientem decet. Vale, & participem redde me tuorum studiorum.

F I N I S.

VENETIIS, Typis Matci Ginammi. 1652.
DE CONSENSV SVPERIORVM.
Et Priuilegio.

150
47
75
14
21
11
53
24
17